

1072.

1170,

febrero 2.

Testamento de Solesten.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 5 (n.º CMXIX).

A. C. A., Cart., f. 239, n.º 746.

Quia nullus... Ego Solentendis, femina, pleno sensu et memoria, facio meum testamentum et eligo manumissores mei, i sunt nominati: Rafard, filio meo, et Iolannis Araion et Iolannis Carbonelus. Rogo illos, propter misericordiam Dei, ut si mortem... In primis dimito Domino Deo et s. Cucuphato cenobio corpus meum et anima cum ipso manso, Iolanni Araion, que se tenet cum honore eiusdem cenobii et cum decem solidos denariorum, quarteres v ordei ad novem; dimitto ecclesiam s. Iolannis Pinu et eius clericis x solidos, et fiant donatos de ipsa tona minore et de vino que ibi est; dimito s. Cruci sancteque Eulalie et eius episcopi iii solidos; dimito s. Marie Valleiocunde quarteram i ordei; dimito Ospitali Ierosolimitano alia; dimito Loreta, filia mea, vacha i; dimito Bernarda de Salaverd et Gila de Turiliis, filias meas, ipsam peciam unam alodii quem tenet Bertrandus Giribert ad Castelar; dimitto Rafard, filio meo, ipsam peciam terre de meo alodio quem tenent Iolannis Carbonellus et Iolannis Araion, qui est plantata vinea et tona i maiore et bou i et mea bascula, exceptus ipsum mortar, quod dimitto per mises ad Bernardus de Mata, presbiter; et ipsas laxaciones fiant solutas de meo sementer et de i vineg et de meo asino quod abeo factas pro anima mea. Et si rem superaverit, fiat, datum per mises pro anima mea et fiat Deus inter me et vos.

Facto testamento iiii.º nonas febr., a.º xxxiii.º regnante rege Leoici iuniore.

S+m Solestendi, qui hoc laudo et firmo; S+m Rafardi; S+m Iolanni Araion; S+m Iolanni Carbonelli; S+m Mironi de Turrilis; S+m Guillelmus Mir Pere.

Bernardus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1073,

1170, febrero 3.

Concordia sobre el litigio que vertía entre el abad Ramón y Arberto de "Rivo Rubeo", a causa del paso de las aguas pluviales por los alodios respectivos, sitos en "Fons de Pcdra" del término de San Cipriano de "Aqualonga".

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 296; *Notes*, vi, 5 (n.º CMXX).

A. C. A., Cart., f. 29, n.º 85.

Omnibus hominibus sit manifestum qualiter orta fuit contencio inter domnum Raimundum, abbatem s. Cucuphatis et monachos eius, et Arbertum de Rivo Rubeo, de omnibus aquis et rasis que tempore pluviarum ab alaudio predicti Arberti ex utraque parte discurrebant et procedebant super alaudium s. Cucuphatis, et similiter de omnibus aquis et rasis que tempore pluviarum ab alaudio s. Cucuphatis discurrebant et procedebant super alaudium iam dicti Arberti. Dum autem hoc invicem contententes venerunt ad concordiam et

pacificationem in presencia Arnalli Guillelmi de Libra, et Petri de Granera, et Guillelmi Berengarii de Fonte Calciata, et Guillelmi de Avinione, et Ruderici, monachorum, et aliorum proborum hominum, qui laudaverunt et dixerunt per directum quod omnes aque et rase que ab alaudio predicti Arberti veniunt et procedunt super alaudium s. Cucuphatis, semper habeant transitum et discurrant inter alaudium predicti Arberti et alaudium s. Cucuphatis. Similiter omnis aque et rase que veniunt et procedunt ab alaudio s. Cucuphatis super alaudium predicti Arberti {semper} habeant transitum atque discurrant inter alaudium s. Cucuphatis, et prenominati Arberti. Et ego Arbertus de Rivo Rubeo, accipio de bonis s. Cucuphatis pro hoc xx solidos denariorum. Sunt autem predicta alaudia in comitato Barchinone, et in parroecia sancti Cipriani de Aqualonga, ad ipsum pratium s. Cucuphatis quod dicitur Fons de Petra. Si quis hoc...

Quod est actum iii.º nonas feb., a.º xxxiii.º regnante Lodovico rege iuniore.

S + m Arberti de Rivo Rubeo; S + m Ermessindis, uxoris eius, qui hoc laudamus [i]; Rudericus, monachus; S + m Arnalli Guillelmi de Libra; S + m {Petri} de Granera; S + m Guillelmi Berengarii; S + m Arnalli de Solario; S + m Dalmatii de Cercitulo; S + m Belot; S + m Raimundi de Valle Sicca; S + m Bernardi de Libra.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit.

1074.

1170, junio 4.

Rafardo y su mujer dan a la iglesia de Santa María el diezmo del alodio que dicha iglesia posee en Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 500; *Notes*, vi, 6 (n.º CMXXI).

A. C. A, Cart, f. 106v, n.º 362.

Sit notum cunctis quod Rafardus et uxor mea Ermessendis, nos simul donamus Domino Deo et ecclesie s. Marie, et monachis ibi servientibus, omnem decimum tocius alaudi, quam supradicta ecclesia hodie abet et tenet in cunctis locis, infra terminum kastro s. Olive, simul cum ipsum feragenal quam supradicta ecclesia modo tenet et abet. Supradictum domum facimus ob remedium animarum nostrarum sive pro anima Marie, matris de me Ermesendis. Sunt autem hec omnia in comitatu Barchinone, sive infra terminum kastro s. Olive.

Actum est hoc ii.º nonas iuni, a.º xxxiii.º regnante Ledovicho, rege iuniore.

S + m Rafardi; S + m Ermessendis; S + m Dulcia, filia nostra, qui hoc firmamus et testes firmare rogamus; S + m Raimundus; S + m Bernardus; S + m Martinus.

Guillelmus, sacer et monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1075.

1170,

julio 29.

Maria de "Guodello" y sus hijos definen a favor del Monasterio, por cuarenta sueldos, el manso Guell.

REGESTA: BALARI, *Orígencs*, 29. — MAS, *Taula*, iii, 323; *Notes*, vi, 6 (n.º CMXXII). AESBICHER, *Études*, 137.

A. C. A., Cart., f. 43, n.º 142.

Cunctis sit manifestum quod ego Maria de Guadello et infantes mei, Guillelmus de Guadello et Bonetus atque Buschana et Pereta, libenti animo et bona voluntate, diffinimus et evacuamus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et tibi Raimundo, abbati, et monachis ipsius loci, illum mansum de Guadello cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus, sicut melius tenuit et habuit Raimundus Adalberti, avus noster, in comitatu Barch., in parroechia s. Petri Octaviani, in omnibus locis, cum introitibus et exitibus suis, integriter, ac ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem s. Cucuphatis et monachorum suorum; de nostro iure... Accipimus quoque a vobis per hac diffinitionem et evacuationem de bonis s. Cucuphatis XL.º solidos denariorum Barchinonensium; et est manifestum. Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º kal. aug., a.º xxxiiii.º regni Ledoici iunioris.

S + m Marie; S + m Guillelmi; S + m Boneti; S + m Buschane; S + m Perete, filiorum eius, qui hoc laudamus et firmaraus; S + m Raimundi de Tizana; S + m Berengarii; S + m Iurneti; S + m Bernardi, filiorum eius, qui hoc laudamus et firmamus; S + m Guillelmi de s. Cucuphate; S + m Petri Bartolomei; S + m Bernardi, levita; S + m Geralli, presbiteri; S + m Guillelmi Catalani, vicarii Barchinone; S + m Petri de Rivopulli.

Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1076.

ii/i, agosto 8.

Ponce de Osor y su esposa definen al Monasterio el manso de Almafár.

REGESTA: Mas, *Notes*, vi, 7 (n.º CMXXIII).

A. C. A., Cart., f. 280, n.º 868.

Omnibus scire volentibus sit manifestum, qualiter ego Poncius de Osor et uxor mea Ermesen, diffinimus et evacuamus ac reddimus una cum filiis et filiabus nostris Dominio Deo et s. Cucuphati in manu domni Raimundi, abbatis, et omnibus ibi monachis Deo servientibus, in perpetuum, illum mansum Dalmafár cum omnibus suis terminis atque affrontacionibus, sicut modo melius habemus et tenemus per donum s. Cucuphatis, quod Rodlandus, abbas predicti monasterii, fecit Geraldo Alaman, patri ex me Ermesen olim defuncto. Est autem predictus mansus in comitatu Barchinone, in terminio katri Erapuniani, in parrochia s. Clementis. Tali pacto superscriptum mansum diffinimus ac reddimus, simul cum ipsa scriptura quam nos inde habebamus per s. Cucuphatem, sine ullo... ut abbas s. Cucuphatis et monachi recipiant me

predictum Poncium ad monachum faciendum, sive in die obitus mei, sive qualicumque hora voluntas mea fuerit, quod si forte steterit per me nichil omni-
nus, sed semper maneat firmum. Et quod Tidon de Gava vel ullus de filiis
vel filiabus eius nunqua habeant a domo s. Cucuphatis supradictum mansum
titulo donacionis, vendicionis, permutacionis nec alio quoquomodo. Si quis hoc...

Quod est actum vi.º idus augusti, a.º xxxv.º regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Poncii de Osor; S + m Ermesendis, uxoris eius, nos ambo qui hoc
laudamus et firmamus sirnul cum filis et fiuabus nostris et testibus firmari
rogamus; S + m Geraldí; S + m Berengarii; S + ni Arberti; S + m Raimun-
di; S + m Poncete; S + m Ermesendis, filiorum eius; S + m Geraldí de Rivo-
sicco; S + m Guillelmi, sacerdotis.

Guillelmus, monachus et levita, qui hoc scripsit...

1077.

1171, septiembre 30.

*El abad Ramón permuta con Venrell y su esposa un alodio sito en el término
del castillo de San Vicente por olro que éstos tenían en Santa Oliva.*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 551; *Notes*, vi, 7-8 (n.º CMXXIV).

A. C. A., Cart., f. 109, n.º 371.

Cunctis sit manifestum quod ego Raimundus, gratia Dei s. Cucuphatis
abbas, cum omni conventu mihi comisso, donamus atque excam[b]iamus tibi,
Venrello, et uxori tue, Ermessendis, alaudium nostrum quod habemus in ter-
mino katri s. Vincenci, sicut piduamus vobis et fexuriavimus in ipsa nostra
parliata, in presencia proborum hominum, ut habeatis et teneatis et expletetis
vos et cuncte proieni,ei vestre post vos, sine ullo agrario vel tributo quod ex
inde non faciatis, nisi decimas et primicias, quas nobis et nostris post nos
donetis fideliter. Insuper addimus vobis et vestris in predicto kastro alter
tantum alaudium quod est illud quod vobis piduavimus et fexuriavimus, ut
abeatis et laboretis vos et vestri post vos, et donetis nobis et successoribus
nostris post nos decimas et primicias et agrarios et omne servicium quod a
predictum kastrum pertinet, sicut aliis vestris consimilis populatoribus. Hoc
totum quod vobis excam[b]iamus atque donamus non sit vobis et vestris lici-
tum alium patronum vel baiulum facere, nisi nos vel successores nostros. Et
ego Venrellus et coniux mea Ermessendis, difinimus, evacuamus, atque ex-
cam[b]iamus sive in presenti tradimus cum consilio et voluntate seniori meo
Petri s. Olive Domino Deo et s. Marie et s. Cucuphati et tibi iam dicto Rai-
mundo, abbati, et omni conventu iam dicti monasterii s. Cucuphatis, omne
nostrum alaudium quod habemus et tenemus in kastro s. Olive, iuxta alaudium
s. Marie et vestrum, ut teneatis et faciatis exinde vestram voluntatem, sicut
de vestro proprio alodio, et hoc facimus propter illud alaudium, sicut supe-
rius scriptum est, quod vos nobis exeam[b]iatis atque donatis in iam dicto
castro s. Vincenci, et convenimus vobis et vestris quod de prephato honore
simus nos et nostri post nos, de omnibus propinquis nostris guarents. Affron-
tat iam dictum alaudium: a parte orientis et a meridie in alodio s. Marie, ab
occiduo intus in ipso rivo, a parte vero circii in prephato rivo, sive in via
publica.

Actum est hoc ii.º kal. oct, a.º xxxv.º regni regis Leoyci iunioris, et si necessitas vobis vel vestris vendi vel inpignorare fuerit, post xxx.º dies quibus nos amoniti fuerimus a vobis, si nos noluerimus lecipere, habeatis licentiam vendendi...

Raimundus, +, gratia Dei s. Cucuphatis abbas; Rudericus, monachus; Bertrandi, monachi; Geraldus, monachus; Petrus, monachus; Guillelmus, monachi; Berengarius, monachus; Guillelmus, monachus; Petri, monachi; Raimundus, monachus; Geraldus, monachus; Raimundus, monachus; S + m Venrelli; S + m Ermesendis, nos qui hoc firmamus [iv] ; S + m Petri s. Olive; S + m Bernardi de Cubeles; S + m Poncii de Cubeles; S + m Raimundi Stephani; S + m Poncii Marti; S + m Durandi; S + m Martini; S + m Iolannis, clerici; S + m Bernardi de Escorsen; S + m Petri Gozeran; S + m Bernardi Stephani.

S + m BERNARDI, presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1078.

1171, septiembre 30.

El abad Ramón da y cambia con Durán y su esposa el alodio que posee en el castillo de San Vicente por el alodio que Durán y su esposa poseían en Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 551; *Notes*, vi, 7-8 (n.º MXXIV).

A. C. A., Cart, f. 109, n.º 372.

Cunctis sit manifestum quod ego Raimundus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas, cum omni conventu michi comisso donamus atque excambiamus tibi Durando, et uxori tue Arseridis, alaudium nostrum quod habemus in terminio kastro s. Vincencii, sicut piduavimus vobis et fexuriavimus in ipsa nostra pariliata de Vas, simul cum omnibus olivariis que infra sunt, cum exitibus et regressibus earum, et pascuis, ut habeatis et teneatis et expletetis vos et cuncte proieniie vestre post vos sine ullo agrario vel trifcuto, quod exinde non faciatis nisi decimas et primicias quas nobis, et nostris post nos, donetis fideliter; et si amplius laboraveritis vos vel vestri post vos, donetis nobis et successoribus nostris talem agrarium et servicium sicut alii vestris consimilis populatoribus predicti kastro. Hoc totum quod nos vobis excam[b]iamus et donamus non sit vobis vel vestris licitum alium seniorum vel baiulum facere nisi nos et successores nostros. Et ego Durandus et coniux mea Arsendis, difinimus atque evacuamus sive in presenti tradimus cum consilio et voluntate seniori nostro Petro s. Olive Domino Deo et s. Marie et s. Cucuphatis et tibi iam dicto Raimundo, abbati, et omni conventu iam dicti monasterii s. Cucuphatis, illud nostrum alaudium quod habemus in terminio kastro s. Olive, iuxta alaudium s. Marie et vestrum, ut teneatis et faciatis exinde vestram voluntatem, sicut de vestro proprio alodio, et hoc facimus propter remedium anime nostre et per multas contenciones quas ibi habuimus, et propter illud alaudium sicut superius scriptum est, quod vos nobis excam[b]iatis atque donatis in iam dicto kastro s. Vincenci. Abet autetn affrontaciones: a parte orientis in alodio s. Marie sive in pariliata Petri s. Olive, a meridie in tene[d]one de Gazul, ab occiduo intus in ipsa riera, a circi in alodio s. Marie. Quantum his affrontacionibus

includitur, totum difinio iam dicto cenobio sine ullo nostro retentu, simul cum omnibus olivariis et arboribus que infra sunt. Et si evenerit necessitas tibi Durando, et vestri post vos, vendendi vel inpignorandi, post xxx.^a dies quibus nos amoniti...; similiter si nos voluerimus vindere vel inpignorare iam dictam terram quam nobis excam[b]iatis, amonemus vos infra xxx.^o dies.

Actum est hoc ii.^o kal. oct., a.^o xxxv.^o regni Leoyci iunioris.

+ Raimundus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas; Bertrandi, monachi; Geraldus, monachus; Guillelmi, monachi; Petrus, monachus; Berengarius, monachus; Guillelmus, monachus; Petri, monachi; Raimundus, monachus; Geraldus, monachus; Raimundus, monachus; Rudericus, monachus; S.+m Durandi; S+m Arsendis, nos qui hoc firmamus et testes firmare rogamus; S+m Petri Iohanni; S+m Marie, filij eorum; S.+m Petri s. Olive; S+m Bernardi de Cubeles; S+m Poncii de Cubeles; S+m Poncii Martini; S+m Iohannis, clerid; S+m Raimundi Stephani; S+m Petri) Gozera.

S+m BERNARDI, presbiteri, qui hoc scripsit...

1079.

1171, diciembre 5.

Ramón de Vilur Agut define al Monasterio un honor sito en San Saturnino de "Palacio" de Amenola (Montornés), por cuarenta sueldos.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 8 (n.^o CMXXV).

A. C. A., Cart., f. 384, n.^o 1115.

Sit notum cunctis qualiter fuerunt contenciones et placita inter Raimundum cenobii s. Cucufatis abatem et omnes ibi habitantes et Raimundum de Vilaracuto. Contendebant et placitabant super omnem illum honorem, quem Raimundus Ugonis concessit et reliquit prefixo cenobio, in comitatu Barchinone, in parroechia s. Saturni de Palacio de Amenola. Ad ultimum consilio et laude Guillelmi de Turre et Porcelli de Calidis et Bernardi de Plegamanibus et aliorum proborum virorum in posse Raimundi de Senteies, venerunt ad verum finem et pacificationem, sicut hic agitur. In Dei nomine. Ego Raimundus de Vilaracuto diffinio et evacuo et pacifico tibi Raimundo, abati, et omnibus habitantibus cenobii predicti, prescriptum honorem, integriter, sine ullo retentu, ut me dici vel intelligi potest, ad vestrum vestrorumque salvamentum, tali pacto, ut deinde vobis nec vestris successoribus nullo modo sim conquerens nec clamans ego nec aliquis per me. Accipio a te Raimundo, abate et habitantibus cenobii, solidos XL.^o denariorum bone monete curribile Barchinone. Si quis hoc...

Actum est hoc nonas dec., a.^o xxxv.^o regni Ledoyci, iunioris.

S+m Raimundi de Vilaracuto, qui hanc diffinicionem facio et laudo et firmo et diffinio prescriptum honorem quantum in prefixa parroechia est, ut melius meus pater in suo testamento prefixo cenobio dimisit, videlicet prefixus Raimundus Ugonis, et insuper firmare rogo; S+m Guillelmi de Turre; S+m Porcelli de Calidis; S+m Bernardi de Plegamans; S+m Raimundi de Senteies; S+m Arnalli Doy; S+m Iolannis Bovis.

S+m Petri, diachoni, qui hoc scripsit...

1080.

1172,

abril

25

El abad Ramón entrega a Durán y a su esposa una yugada en el Vas, y éstos, a su vez, conceden al Monasterio un alodio sito en Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 551; *Notes*, vi, 9 (n.º CMXXVI).
A. C. A., Cart., f. 108, n.º 370.

Omnibus sit manifestum quod ego Raimundus, gratia Dei s. Cucufatis abbas, cum omni conventu mihi comisso, donamus tibi Duranno et uxori tue Arsendi et omni vestre progeniei et posteritati, uni post alium, indivisibiliter, illam nostram pariliatam de ipso Vas, cultam et heremam, sicut continetur in scripturis que sunt inter nos et vos iam olim factas. Et affrontat prephata pariliata: a parte orientis in ipsa Cudina que est inter iam dictam pariliatam et tenedonem Guillelmi Granel, a meridie in tenedone Petri Vei, ab occiduo et a circio in ipso Pug, que est super prefatam pariliatam et in tenedone Guillelmi Balester. Quantum iam dicte affrontationes includunt, donamus vobis iam dictis et vestris cum ingressibus et egressibus suis et cum pascuis et aquis, ita ut de predicta pariliata vos nec vestri non donetis nullum agrarium nec tributum, nisi solum modo decimas et primicias de omni fructu quem Deus ibi dederit, quas nobis et nostris fideliter donetis, et de predicta pariliata alium seniore nec baiulum vel defensorem non proclametis nec faciatis, nisi nos et successores nostros. Et propter hoc donum iam dictum ego Duran et uxor mea Arsendis, laudamus et concedimus Domino Deo et s. Marie et s. Cucufati et tibi Raimundo, abbati s. Cucuphatis, et omni conventu eiusdem loci, illud alodium quod olim iam diffinimus, sicut continetur in scripturis que sunt inter nos et vos, quod est in terminio castris s. Olive, iuxta domum s. Marie. Insuper addimus iam dicto cenobio et vobis unam peciam terre nostri alaudii, quod habemus in terminio castris s. Olive, iuxta vestrum alaudium. Que affrontat: a parte orientis et a meridie in tenedone de Gacul, a circi et ab occiduo in vestro alodio. Quantum iam dicte affrontationes includunt, donamus et diffiniimus... Si quis hoc...

Quod est factum vii.º kal. maii, a.º xxxv.º regni regis Lodovici iunioris.

S + m Duranni; S + m Arsendis, uxoris eius, qui hoc facimus [iv] ; S + m Petri; S + m Marie, filiorum eorum, qui hoc laudamus et firmamus; S + m Gacul, frater iam dicti Duranni, qui hoc laudo et firmo; S + m Petri s. Olive; S + m Rafardi; S + m Poncii Martini; S + m Raimundi Esteve; S + m Petri de Soler ; S + m Iohannis, clerici.

S + m Arnalli, scriptoris, qui hoc scripsit...

1081.

1172, mayo 25.

Publicación sacramental del testamento de Bernardo Espulgues.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 9-10 (n.º CMXXVII).
A. C. A., Cart., f. 247, n.º 763.

Hec est legalis ordinacio sive publica manifestacio ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti Bernardi de Espulges nomine, que instante periculo infir-

mitatis, unde mortuus est, conscribi non potuit, sed verbis eius, dum ad huc viveret, testibus promulgata patuit, et res suas sicut subterius scriptum est distribuendas iniunxit. Notum sit igitur quia nos, videlicet Guillelmus, presbiter, et Raimundus de Spulges, presentes eramus quando predictus **Bernardus** de Espulges in lecto infirmitatis iacens... In primis dimisit corpus suum s. Marie de Espulges cum v moabetinis. Dimisit altari s. Mathei de Espulges fexam unam terre quam Petrus Iohannis tenebat per eum ad ipsas Suissies. Dimisit Hospitali Ierosolimitano v moabetinos in ipso suo cavallo et suas armas, preter ensem. Dimisit predictum cavallum Raimunde et Berengarie, filiabus suis, preter illos v moabetinos Ospitalis. Et dimisit eis part i de vaccis et par i de vinechs et tonnam unam, plenam vino, et unum pulinum cavalinum et alium asininum. Dimisit Arsendi, filie sue, unam pulinam asininam et aliam vitulinam. Dimisit filio suo Arnallo ipsum honorem de Guiribertes et hoc quod habebat ad Apieram et dimisit illum in potesta Dei et beate Marie de Spulges, et Guillelmi, presbiteri, et esset inde clericus. Dimisit Bertrando, filio suo, suum ferregenale, quem habebat ante domum Iohannis Bremundi et fexam i ad Fabregadam, et aliam fexam quam habebat iuxta domum Guillelmi de Porto, et hoc quod habebat ad Carreram. Dimisit Bernardo, filio suo, suam domum cum omni suo honore quem habebat de Chinza en sursum, preter hereditatem Arnalli, filii sui, et s. Mathei de Spulges. Et dimisit eidem Bernardo, filio suo, Fabregadam, ubi est ortus, et Petrum, militem suum de Provinciana cum fevo quem tenebat per eum et sit inde homo predicti Bernardi. Et dimisit ei par i bovum et asinam i, preter unum cubum et tonnam i quod dimisit uxori sue Stephane. Dimisit predicte uxori sue suum sponsalicium et pignus de Cleriana, cum vinea, et supradictum cubum et tonnam et par i bovum. Et dimisit ei suam domum usque ad vii annos et dixit quod nolebat, ut acciperet ibi maritum. Postquam autem omnia sua sic ordinavit, predictus testator xiii.º kal. february et anno xxxv.º regni regis Leduici Iunioris aliter voluntatem suam... et Arnallo, presbitero, vicario Mironis iudicis et aliis testibus, easdem condiciones confirmamus...

Late condiciones viii.º kal. iun., et a.º xxxv.º regnante rege prefixo.

S + m Guillelmi, presbiteri; S + m Raimundi de Espulges, nos huius rei testes et iuratores sumus; S + m Guillelmi Bernardi de Espulges; S + m Bernardi Marrochi; S + m Bernardi de Espulges; S + m Bernardi Runcini; S + m Iohannis de Provinciana; S + m Guillelmi de s. Iusto; S + m Raimundi de s. Iusto; Poncii, monachi; Carbonellus, monachus; S + m Berengarii, levite s. Iusti, nos omnes qui huic sacramento presentes adfuimus.

S + m Arnalli, presbiteri, qui hoc scripsit...

1082.

1172, agosto 21.

Bernardo, hijo del difunto B. de Esplugues, con su cuñado y tío, entregan a su hermano Arnaldo como monje del Monasterio, junto con la herencia que le legó en el anterior testamento en Piera y en Guiribertas.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 10 (n.º CMXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 247, n.º 764.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus, qui fui filius Bernardi de Speluncis, olim defuncti, et cognatus meus Petrus de Provinciana atque avunculus meus Guillelmus Bernardi de Speluncis, cum assensu et voluntate Guillelmi, presbiteri ecclesie s. Marie de Speluncis, damus et tradimus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis fratrem meum Arnallum per monachum et totam illam suam hereditatem quam supradictus noster pater et dimisit ad ipsas Guiribertas et ad ipsum locum qui vocatur Apiera et sicut resonat in ultima voluntate sua, ex qua iudicium obligatum tenemus. Ipse vero honor de Guirbertis terminatur: ab oriente et a meridie et a circio in alodio eiusdem Guillelmi Bernardi, avunculi mei, ab occiduo in via que de domo mea vadit ad Expellunchas. Alius vero honor, qui est de hereditate predicti fratris mei Arnalli, qui est in loco vocato Apiera, terminatur: ab oriente et a meridie et a circio similiter in honore Guillelmi Bernardi de Speluncis, ab occiduo in alia via. Sicut a predictis terminis concluditur et terminatur omnis supradictus honor damus et offerimus et tradimus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis cum fratre meo Arnallo per monachum in manu dompni Raimundi, abbatis et monachorum suorum, cum introitibus et exitibus... salva decima et primicia ecclesie s. Marie de Speluncis. Ego vero supradictus Arnallus dono et offero et trado corpus meum per monachum Deo et cenobio s. Cucuphatis, cum omni hereditate mea supradicta, ut secure et... Si quis hoc...

Actum est hoc xii.º kal. sept, a.º xxxvi.º regni Ledoyci iunioris.

S + m Bernardi; S + m Petri de Provinciana; S + m Guillelmi Bernardi de Speluncis; S + m Arnalli, qui hoc laudamus et firmamus; S + m Guillelmi, presbiteri Espeluncis; S + m Berengarii, levite; S + m GERALDI, presbiteri, ss.; S + m Berengarii de Fontaiada; S + m GERALDI de Cleriana.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1083.

1172, agosto 25.

Bernardo Ermengol entrega al Monasterio varias posesiones.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 226; — MAS, *Notes*, vi, 11 (n.º CMXXIX).

A. C. A., Cart., f. 164, n.º 534.

Sit notum cunctis qualiter ego Bernardus Ermengaudi, cum assensu et voluntate coniugis mee Beatricis, hac omnium filiorum et filiarum mearum, trado atque reddo Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis mansum illum qui dicitur de Ruvira, simul cum ipsa pariliata quam ego tenebam in dominica-

tura cum terminis et affrontacionibus, cum ingressibus et regressibus suis, totum sicut ego melius per fevum tenebam de s. Cucuphate et sicuti prephato monasterio dimisi in meo testamento, tali modo, ut abeat et teneat possideat et expletet predicta omnia absque blandimento ullius hominis vel femine in perpetuum. Affrontat autem: a parte orientis in flumine de Anoaia, a meridie vero in torrente qui discurrit tempore pluviarum sive in Triola, et ab occiduo in via publica sive in margine grosso, a parte vero circii in torrente qui dicitur de Albareda sive in mansso de Podio. Quantum his affrontacionibus includitur, totum dono reddo atque evacuo per escripto monasterio, sicut supra scriptum est. Est autem predictus mansus in chomitatu Barchinone, infra terminum kastro de Subirats, iuxta domum quam vocant de Bellestar. Si quis hoc...

Actum est hoc viii.º kal. sept., a.º xxxvi.º regni regis Lodoici iunioris.

S + m Bernardi Ermengaudi, qui hoc firmo testesque firmare rogo; S+m Beatricis, uxoris eius; S + m Bernardi de Bellestar; S + m Guillelmi; S.+ m Arnalli; S+m Guillelme; S + m Guiete; S+m Dulcie; S + m Sibilie, filii ac filiarum eius; S + m Raimundi de Muntannans.

Ferrarius, levita, qui hoc scripsit...

1084.

1172, septiembre 9.

Arnaldo de Ses Corts y su esposa llegan a un acuerdo sobre una pieza de tierra sita en Perafita.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, ii (n.º CMXXX). — PERAY, *San Cugat*. Cita el número y el folio del Cart., pero el contenido no corresponde a este documento. — BALARI, *Órigenes*, 295. También equivoca el número.

A. C. A., Cart., f. 382v, n.º 1112.

Notum sit cunctis quod ego Arnallus de ipsis Curtibus et uxor mea Agnes multociens habuimus contenciones et placita cum cenobio s. Cucuphatis et cum Raimundo, abbate, et cum monachis suis, super illa fexa terre de Petra Fita, quam nos affirmabamus et dicebamus esse alodium nostrum; vos affinnabatis et dicebatis esse alodium s. Cucufatis; unde laude et consilio proborum hominum nos et vos monachi s. Cucuphatis venimus ad finem et concordiam et diffinimus et evacuamus et damus Domino Deo et cenabio s. Cucuphatis et vobis monachis suis presentibus et futuris supradictam fexam terre ad vestrum proprium plenissimum liberum et franchum alodium, ad vestram voluntatem faciendam, ita tamen, ut nos et progenies nostra atque posteritas habeamus et teneamus predictam fexam terre per cenobium s. Cucuphatis et laboremus eam bene sine engan, et de omnibus fructibus panis et vini quos Deus ibidem dederit donemus cenobioi s. Cucuphatis solummodo quintum et braciaticum et quod nos et nostri habeamus istum braciaticum per nostram baiuliam. Accipimus a vobis pro hac donacione x solidos denariorum Barchinone. Que fexa terre est in comitatu Barchinone, in parrochia s. Saturninii de Palacio de Almanla, infra terminum castri de Montornes, in loco dicto Petra Fita. Que terminatur: ab oriente et ab occiduo in alodio s. Cucuphatis, similiter a meridie in alodio Guillelmi de s. Martino, ab occiduo in riera. Si quis hoc fregerit... in duplo componat...

Actum est hoc v.º idus sept., a.º xxxvi.º regni Ledoyci iunioris.

S + m Arnalli de ipsis Curtibus; S.+m Agnetis, uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus; S+m Mathei de ipsa Serra; S + m Guillelmi de Palatidariis.

S + m Petri de Corron, iunioris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1085.

1173, enero 22.

*Guillerma de San Valentín y su hermano entregan al Monasterio y a la iglesia de Santa María un alodio que poseían en el término del castillo de Bañeras, una yugada de tierra y unos huertos, pudiendo dicha Guillerma habitar en **Benciosa** de Santa María de Santa Oliva, viviendo según la Regla de San*

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 500; *Notes*, vi, 12 (n.º CMXXXI).

A. C. A., Cart., f. 106, n.º 361.

Omnibus hominibus sit manifestum quod ego Guillelma de s. Valentino, una cum fratri meo, Raimundo de Cuiera, donamus, offerimus atque in presenti tradimus, ob remedium anime nre. sive pa. et ma. nre., dom. Deo et s. Cucuphati et eccl. s. Marie, que est constructa in termini kastro s. Olive, omnem nostrum alaudium quod habemus per qualicumque voces in terminio kastro de Baieres. Insuper concedimus atque reddimus iamdicto mon. s. Cucuphatis illam pariliatam de Campo Farner, quod olim pater noster Geraldus et mater nostra Giulia dimiserunt s. Cucuphati cum illorum corpora ibi ad sepeliendum. Item donamus predicto monasterio s. Cucuphati et iamdicte ecclesie s. Marie totum illum ortum quem vocant de Cirer, et alium ortum de Morera, et illum alaudium de ca Passada, quem olim iam dedimus ecclesie s. Marie supradicte. Est autem iam dicta pariliata et ortos et illud alodium de Passada in termino kastro s. Olive. Omnem supradictum alodium s. Olive et de Bagnarias cum illorum terminis et affrontacionibus ego, iam dicta Guillelma, et frater meus Raimundus, concedimus atque in presenti tradimus. Domino Deo et prephato monasterio s. Cucuphatis et tibi Raimundus, abbati, et successorum tuorum, in perpetuum, sive ecclesie iam dicte s. Marie, sine ullo retentu ut abeatis et expletetis sine vinculo ullius... ad vestrum alaudium francum. Tali pacto ut ego Guillelma supradicta, maneam et abitem omni tempore in domum s. Marie de s. Oliva et ibi donetis mihi victum et vestitum in vita mea, secundum regulam s. Benedicti, et in vita et in morte sim in vestris orationibus, sicut unus ex fratribus vestris. Et si forte, quod absit, mihi non adimpleveritis vel nolueritis suprascriptam convenientiam, licitum sit mihi Guillelma, tenere et habere omnem supradictum alodium, tantum in vita mea, exceptus illud alodium de Passada quod abeatis et teneatis, et donem in vita mea de prephatum alodium in festivitate s. Felicis annuatim i quartera tritici iam dicto monasterio s. Cucuphatis; et post obitum meum solidum et liberum remaneat s. Cucuphatis et ecclesie s. Marie iam dicte, sine ulla diminucione vel inpedimentum; et frater meus Raimundus, et uxor sua recipiatis in ciminterio s. Cucufatis, ad obitum illorum, propter hoc donum quod iam dicto monasterici facimus. Affrontat autem iam dictum ortum de Cirer, a parte orientis in orto

de Petro Gozeran, a meridie in ipso rego molendini, ab occasu in ipsa vera, a circii in orto de Erinea; et ortum de Morera affrontant: a parte orientis in orto de Rafard, a meridie in orto de Mir de Salforas, ab occasu in ipsa vera, a circii etiam dicto orto de Rafard. Si quis homo violare... in duplo... componat...

Quod est actum xi.º kal. febr., a.º xxxvi.º regnante Leovico rege iunioris.

S + m Guillelme; S + m Raimundi de Cuiera, nos qui hoc domum [iv] ; S + m Berengarii; S.+m Arnaldi; S + m Bernardi; S+m Bernardi de Brucheris; S + m Mironi de Salforas; S.+m Iohanni, frater eius Mironi; S + m Bernardi Stephani; S.+m Durandi.

1086.

1173, enero 26.

Testamento sacramental de Ramón de San Felii.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 13 (n.º CMXXXII).
A. C. A., Cart., f. 241 v, n.º 754.

Ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti, nomine Raimundi de s. Felice, cuius ordo infra vi menses coram sacerdote et Petro de Corrone, Barch. scriptore, vicario Mironis iudicis, legaliter actus est. Nos videlicet Iohannes, presbiter, et Iohannes, subdiachonus, testes et iuratores sumus. Testificamur namque iurando... per altare s. Felicis, mr... in eccl. beat. Iusti et Pastoris, infra menia urbis Barch... quia nos vidimus... quando..., fecit suum testamentum, in quo elegit manumissores suos videlicet Petrum Magistri de s. Felice atque Morages, quibus precepit ut ita distribuerent res suas, sicut in presenti pagina iniunxit. In primis dimisit corpus suum et animam Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis cum uno suo equo atque cum centum solidis quos ei debebat Raimundus, frater suus, de castro Eperali et mater eius, propter quos tenebat in pignore mansum qui dicitur de Trui, et tradidit eum prefato monasterio pro iam dictis c solidis, tali pacto, ut predicta domus s. Cucuphatis haberet ipsum mansum de Trui tantum donec de expletis ipsius mansi essent persoluti c solidi s. Cucuphati. Iterum dimisit s. Cucuphati viii.º moabetinos bonos legitimos, quos ei debebat Arbertus Biscoz, propter quos tenebat in pignore pariliatam i que est in plano, ultra Lubricatum, iuxta tenedonem Natalis, quam tenebat domna mater Raimundi de Castro Eperali ad laboracionem et ipsa donaret quintum s. Cucuphati, donec predictus Arbertus persolveret iam dictus aureos; et si monachi voluerit, supponerent pro his aureis pignori cui voluerint ipsum quintum. Et dimisit s. Cucuphati v aureos bonos legitimos, quos ei debebat Bernardus Fonoiar, propter quos tenebat in pignore vineam i qua tenebat Bernardus de Osona et haberet ipsam domus s. Cucuphatis, cum fructu, qui inde exiret, donec iam dictus Bernardus persolveret ei prefatos aureos. Si autem s. Cucuphatis monachi voluerint, esset eis licitum iam dictam pro his v aureis vineam obligare pignori. Pignus vero LX solidorum quod tenebat de iam dicto Bernardo de Fonoiar in Castro Eperali, ut melius exsolverets. Cucuphati iam dictos aureos deliberavit ei. Iterum dimisit s. Cucuphati xxx solidos, quos habebat in vineis Bernardi Poncii, quas ipse tenebat ad laboracionem et dabat ei de fructu medietatem quam domus s. Cucuphatis

haberet et teneret vel obligaret pignori pro predictis xxx solidos si voluerint. Hec omnia dedit atque tradidit cum terminis et affrontacionibus atque cum fructu qui inde exiret Domino Deo et s. Cucuphati, sicut superius resonat. Dedit autem atque obtulit Domino Deo et s. Cucuphati quendam filium suum, nomine Raimundus, ad monachum faciendum, cum tribus peciis alodii, cum vineis ibi plantatas, quarum due sunt in parrochia de Corneiano, in locum que dicunt Gavarra, subtus viam veterem atque subtus murum veterum. Et laborant peciam i Berengarins Ferrarii atque filii Guillelmi Rubei. Aliam vero tenebat Guadal Luciana et Alegred. Tercia vero erat super s. Felicem a Mata Asinos. Dimisit autem pro sepultura sua et pro indumentis et lecto et aliis que essent necesse ad monaeandum filium suum Raimunde c solidos denariorum. Iterum dimisit ecclesie s. Vincencii aureum i et clerico eiusdem ecclesie, alium, quod debebat ei Arbert Biscoz, ad operam s. Cucuphatis, duos aureos, quos habebat in veneis de Monpar. Dimisit domne Saurine pignus i campum de Quadre, quem redemit de quodam homine pro viiii aureis. Et solvit ei mansum de Bernardo Brocar. Et dimisit Adaledi xii aureos, quos habebat in pariliata de s. Fide, qua cum eis habebat. Dimisit ecclesie Barch, aureum i, episcopo, alium, quos ei debebat Bernardus de Fonoiar. Iterum dimisit domne Saurine aureos duos quos ei debebat Bernardus de Fonoiar. Si quid rerum fuerit de rebus suis iussit manumissoribus suis, ut darent pro anima sua, sicut eis visum esset.

Hoc totum ita ordinavit iam dictus testator xviii.º kal. sept, a.º xxxvi.º regni regis Leovici iunioris. Et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde eadem detentus egritudine, discessit ab hoc seculo xi kal. sept. eodem anno prefixo. Hanc igitur ipsius testatoris... voluntatem nos... coram sac. et iud. Petro de Corrone, Barch. scriptore, vieario Mironis iudicis et aliis testibus... corroboramus...

Late condicionis xvii.º kal. febr., et a.º prefixo.

S + m Iohannis, presbiter; S + m Iohannis, subdiachoni, nos huius rei, testes et iuratores sumus; S + m Arnalli de Remulnello; S. + m Berengarii de Oriaco; S + m Iohannis de Comaprofunda; S + m Petri de Vulpilariig; S. + m Geralli, presbiteri; S + m Petri de Corron, scriptoris, nos qui huic sacramento presentes adfuimus.

S + m Petri de Corron, iunioris, qui hoc scripsit...

1087.

1173, abril 11.

Sentencia arbitral sobre las diferencias que vertian entre el abad Ramón y Ramon Vei y otros acerca del manso "Palad de Serps".

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 294; *Notes*, vi, 13-4 (n.º CMXXXIII).

A. C. A., *Cart.*, f. 26 v, n.º 77.

Manifestum sit omnibus hominibus qualiter longe orta fuit contencio inter domnum Raimundum, abbatem s. Cucuphatis, et Raimundum Vei, et Gazul, et Dalmatium de Vilars, et Petrum de Serra, de manso qui vocatur Palad de Serps. Dicebant enim quod ipsi deberent habere predictum mansum per domum s, Cucuphatis; hoc quideni negabat domnus Raimundus, abbas, per

multas atestaciones, per cartas scilicet et per possessionem. Tandem laude et consilio proborum hominum, scilicet, Poncii de Cutina, et Raimundi Vei, et Gazul, et Petri de Valle Sicca, et Petri de Vulpeiariis, ad talem devenerunt finem et concordiam sic inferius declarabitur. Laudaverunt namque quod Dalmatius de Vilar daret filiam suam Petro Ariol, filio Guillelmi Ariol, et Petrus de Serra daret similiter suam Raimundo Ariol. Unaqueque istarum sunt nepotes Raimundi Vei et de Gazul, et si forte contingeret quod Petrus Oriol obiret sine infante de illo in illa procreato, mansum in quo steterit, remaneret uxori sue Arsendi et suis qui exierint ex illa; et si illa etiam obiret sine infante in illa legitime procreato, similiter reverteretur Petro Oriol et suis, salvo tamen iure s. Cucuphatis in omnibus. Sic tamen ut Dalmatius de Vilar recuperaret quicquid ibi de suis rebus appareret. Similiter etiam si coniux Raimundi Oridl, Ermesendis, obiret sine infante de illo in illa procreato, reverteretur viro suo et suis, et si ipse Raimundus obiret sine infante legitime procreato, reverteretur uxori sue et suis, salvo iure s. Cucuphatis in omnibus; et nullum ibi seniores acclamarent neque facerent nisi nos et successores nostros. Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º idus apr., a.º xxxvi.º regni Ludovici iunioris.

S + m. Raimundi Vei; S + m Gazul; S + m Dalmatii de Vilar; S + m Petri de Serra, nos qui hoc laudamus et firmamus et testibus firmare rogamus; S + m Petri de Valle Sicca; S + m Petri de Vulpeiariis; S + m Belot.

S + m Guillelmi, monachi et levite, qui hoc scripsit...

1088.

1173, febrero 10.

"Ermengardis", viuda de Ramón Ferrer, ofrece su hijo Guillermo al Monasterio, como monje, asignándole como dote el honor de Espina, en Tárrega.

REGESTA: MAS, *Notcs*, vi, 14 (n.º CMXXXIV). — PERAY, *San Cugat*, 123.
A. C. A., Cart., f. 207, n.º 643.

Tam presentibus quam futuris sit man. qualiter ego Ermengardis, ux. R. Ferrarii, olim defuncti, et filio meo Raimundo, bono animo et bona volumptate, ob remedium... offerimus atque tradimus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et tibi Guillelmo, abbati prephati monasterii, Berengarium filium de me supradicta Ermengardis ad monachum faciendum, cum omnem honorem quem habemus vel habere debemus qualicumque modo, in loco vocitato Espina, sicut affrontat: a parte orientis in via publica que vadit a Verdu, de meridie in alia via que transit a s. Donato in Tarrega sive in ipsa comma que vocat Despina, ab occiduo in iam dicta comma, de circi in alaudio Guillelmii Alegreti. Quantum istis affrontacionibus includitur vel isti termini ambiunt, sic ergo Ermengardis et filius meus Raimundus supradictum honorem offerimus atque in presenti tradimus, sicut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem et profutum s. Cucuphatis et tibi iam, dicto Guillelmo, abbati, sive omni conventui tibi commisso et successoribus vestris in perpetuum, ut habeatis et... Et si forte, quod absit... Infra etiam hoc donum ego Guillelmus de Taladel simul cum fratribus meis Petrus et Bernardus ob remedium animarum nostrarum.

bono animo et bona voluntate, damus atque tradimus Domino Deo predicto cenobio eiusque servientibus in perpetuum, omnem nostrum honorem quem habemus vel habere debemus infra his predictis **iiii.**° affrontacionibus ad vestram plenissimam voluntatem quicquid inde facere volueritis. Est autem predictus honor in comitatu Minorise, in termine et parrochia de Tarrega. Si quis...

Actum est hoc **iiii.**° idus febr., a.° **xxxvii.**° regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Ermengardi; S.+ m Raimundi Ferrarii; S + m Guillelmi; S + m Bernardi; S.+ m Petri, filii supradicte Ermengardis; S + m Guillelmi de Taladel; S+m Bernardi de Taladel; S+m Petri de Taladel; S+m Arnalli Marti; S+m Guillelmi Pela; S.+ m Petri Ruphaca; S + m Bernardi Granel, testes sunt.

Petrus, levita, qui hanc cartam scripsit et signum ss. hoc.

1089.

1174, febrero 10.

Guillermo Taiadell y sus hermanos dan al abad G. un honor que tienen en Tárrega.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 13 (n.° CMXXXV) .
A. C. A., Cart., f. 208 v, n.° 648.

Tam presentiibus quam futuris sit manifestum qualiter ego Guillelmus de Taiadel, simul cum fratribus mei Petrus et Bernardus, donatores sumus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et tibi Guillelmo, abbati eiusdem monasterii, et eius servientibus in perpetuum, omnem nostrum honorem que habemus vel habere debemus ex quocumque modo in terminum de kastro de Tarrega, separatim in diversis locis, cum suis terminis et afrontacionibus. Advenit autem nobis supradictus honor per vocem parentorum meorum, sive per qualicumque voces. Predictus autem omnis honor sic donamus vobis et successoribus vestris post vos, ut habeatis et teneatis et expletetis omni tempore, ac de nostro iure in ius et dominium vestrum tradimus in proprium alaudium et francum, sicut melius dici vel intelligi potest, ad vestrum salvamentum, sine engan. Tali pactu hoc donum vobis facimus, ut ego Guillelmus et frater meus, Petrus, nos ambo solummodo teneamus ipsum honorem per vocem s. Cucuphatis et vestram et annuatim donemus vobis in festivitate s. Felicis migeram unam frumenti pro censu ipsius honoris. Et ego Guillelmus suprascriptus, una cum fratre meo Petro, cum consilio et adiutorio fratris nostri Bernardi, donamus et offerimus nos metipsos Domino Deo et predicto cenobio s. Cucuphatis in manu domni Guillelmi, abbatis, tam in vita, quam in morte. Et si nos voluerimus venire ad abitum religionis in vita nostra, recipiatis nos in vestro monasterio. Et si aliquis ex nobis duobus primus obierit, aut venerit ad abitum religionis, totus predictus honor sit solutus, sine contrarietate alterius, cenobio s. Cucuphatis. Alter vero qui remanserit sit ei licitum intrandi quando voluerit in predicto monasterio. Et ego Guillelmus, gracia Dei s. Cucuphatis abbas, cum cuncta congregacione mihi comissa, concedimus et laudamus vobis prescriptis totum attendere, sicut superius est scriptum. Est autem hec omnia in comitatu Minorise, et in porroechia s. Marie de Tarrega. Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º idus febr., a.º xxxvii.º regnante rege Ledovico iuniore.

S + m Guillelmi de Taiadel; S + m Petri de Taiadel; S + m Bernardi de Taiadel, nos fratres qui hoc hoc laudamus et firmamus; S + m Raimundi Ferrarii de Tarrega; S + m Guillelmi Pela; S4-m Petri Rufaca; Ss. Guillelmus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas; Rudericus, monachus; Bernardi Monachi.

Raimundus, monachus, qui hoc scripsit...

1090.

"74, marzo 21.

Ermeniardis da al Monasterio las casas que posee en Tárrega.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 15-6 (n.º CMXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 207, n.º 644.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Ermeniardis et filius meus Raimundus, offerimus et tradimus Domino Deo et s. Cucuphati et tibi Guillelmo, eiusdem loci abbati, et successoribus tuis, domos nostras in quibus modo manemus quas abemus in villa de Tarrega; damus etiam vobis terram illam nostram, quam abemus in terminio supradicti, chatri de Tarrega, cum vinea que ibi plantata est vel plantanda. Tali modo damus vobis et vestris supradictas domos et terram que est plantata et plantanda, ut nos ambo teneamus in vita nostra et donemus vobis annuatim in Natale Domini de domibus chandelam unam in vita nostra per censum, et post obitum nostrum successores nostris dabunt vobis annuatim et successoribus vestris libram unam cere. Similiter et de vinea dabimus vobis in vita nostra per censum annuatim in tempore vindemiarum somatam unam vindemie et post obitum nostrum remaneat predicta terra cum vinea plantata vel plantanda solide et libere... Pro hac quippe donacione, quam pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum facimus vobis, convenitis nobis Ermeiardi et filio meo Raimundo, ut simus confratres et participes oracionum vestrarum, et post obitum nostrum tantum fiat in monasterio vestro de nobis quantum fit pro monachis vestris in de nutritis et vigilatis lampada i ardeat ante altare s. Cucuphatis. Affrontant autem supradicte domus: a parte orientis in domibus G. de Tarrega, a meridie in domibus R. de Tarrega, a circi in domibus qui fuerunt de Guillelm Pere de Sadao; ab occidente in carrera. Affrontat et predicta vinea cum terra: a parte orientis in alaudio de Berenguer Gonball, de meridie in alaudio s. Cucuphatis, de occiduo in alaudio quod fuit Petrus Gonter, de circio in tenedone Pelegrini. Quantum his affrontacionibus concluditur, et ibi nos abemus et tenemus, sic donamus predicto monasterio, sicut supradictum est.

Actum est hoc xii.º kal. apr., a.º ab Incarnato Dei filio MCLXXIII.º anno regnante xxxvii.º Ledovico rege iuniori

S + m Ermeniardis; S + m Ramon Ferrer; S + m Guillelmi; S + m Bernardi; S + m Petrus, filiorum eius; S + m Ramon de Tarrega; S + m Petrus Ruffaca; S + m Guillelmi Pellia; S + m Poncius Gonter, isti sunt testes; S + m Iaufre.

Petrus, presbiter, qui hoc scripsit...

Bernardo Gonter se ofrece al Monasterio con unas posesiones.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 16-7 (n.º CMXXXVII).

A. C. A., Cart., f. 207, n.º 645.

Tam presentibus quam futuris sit manifestum quod ego Bernardus Gonter de Tarrega, dono atque offero me ipsum Domino Deo et s. Cucuphati et tibi Guillelmo, abbati s. Cucuphatis, tam in vita quam in morte, ad monachum faciendum, cum omni meo alaudio, sicut melius dedit mihi pater meus in suo testamento, pro remissione omnium peccatorum meorum, ita ut monasterio s. Cucuphatis semper abeat et possideat suum per proprium alaudium franchum, sicut melius dici... Est autem predictum alaudium in comitatum Minorige sive in terminio castri de Tarrega. Affrontat autem predictum alaudium de Monte Fled: a parte orientis in via publica, de meridie in alaudio Geralli de Tarrega, de occiduo et de circi in alaudio Raimundo de Tarrega, frater meus quod tenet Guillelmi de Socarrat. Et insuper dono predicto monasterio in villa de Tarrega ipsas domos, quas tenet per me Guillelm de Pugalt, inde exiit per censum annuatim iii gallinas et iii fogaces in Natale Domini. Affrontant autem predictas domos: a parte orientis in casas de Pascheta, de meridie in carrera, de occiduo in casas Guillelmi Segarra, de circi in casas de Marti. Et insuper dono predicto monasterio unum ferragenalem; qui afrontat: de parte orientis in alaudio Guillelmi de Tarrega, de meridie in alaudio Raimundi Ferrarii et de occiduo in carrera, de circi in alaudio fratribus meis. Hec omnia superius scripta, cum illorum terminis... Et ego Raimundus de Tarrega, bono animo et bona volumptate, laudo et concedo supradicto abbati s. Cucuphatis et omnibus monacis eiusdem loci omnem supradictum alaudium, sicut superius frater meus Bernardus donat predicto monasterio, et convenio predicto monasterio, ut sim quarens de supradicto alaudio, sine engan, ad salvamentum s. Cucuphatis. Et si forte, quod absit, de predicto alaudio aliquis aliquid adquisierit, redirigam ego Raimundus vel ipse qui tenuerit meum locum, predicto monasterio in ipso alaudio de Garriga, quod tenet Guillelmi Socarrat per me, sine engan predicti monasterii; et hoc facio et convenio ob remedium anime mee sive pro amore fratris mei Bernardi. Si quis hoc...

Actum est hoc vi.º idus apr., a.º xxxvii.º regnante Ludovico rege iuniore. In super dono predicto monasterio unum cellarium quod est iusta ipsas domos.

S + m Bernardi, qui laudo et dono atque firmo et testes firmare rogo; S + m Raimundi de Tarrega, frater eius; S + m Berengarii, frater eius; S + m Stephania, soror eius; S + m Poncii Gonter, adunculus eius; S + m Raimundi Ferrari; S + m Petri Ruphacha; S + m Bernardi de Guillelm Mir; S + m Guillelmi Pela; S + m Arnalli Oromir.

Petrus, levita, qui hanc cartam scripsit...

1092.

1174, abril 24.

Pons Gonter ofrece al Monasterio su hijo Pedro Ferrer y como dote le da unas tierras sitas en las "Morelas", en el término del castillo de Tárrega, y un ferragenal.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 17 (n.º CMXXXVIII).

A: A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 488 (olim 75).

B: A. C. A. Cart., f. 208, n.º 646.

Omnibus hominibus sit manifestum, qualiter ego Poncius Gontarii dono et offero Domino Deo et s. Cucuphati et tibi Guillelmo, abbati, filium meum no mine || Petrum Ferrarii ad monachum ibi faciendum cum quo eciam sortem unam terre in presenti trado et offero prelibato martiri et eius servientibus qui || est in chomitatu Minorise, in terminio katri de Tarrega, ad ipsas 'Morelas. Affrontat autem predictum alaudium: a parte orientis in alaudio Bernardi de Guillelm Mir, a meridie in ipsa strada publica, ab occiduo in alaudio Guillelmi de Aguilo, a circio in alaudio Geralli, de Tarrega. Iterum do || no atque concedo prelibate domui s. Cucuphatis pro filio meo Petro ferragenal i; qui affrontat: de parte orientis in alaudio Raimundi Ferrarii, de || meridie in alaudio Guillelmi de Talladello, de occiduo in alaudio de Torto, de circio in ipsa riera. Quantum iste omnes supradicte affrontaciones includunt || dono ac in presenti trado * supradicto monasterio ac eius servientibus * tali condicione, ut quando me facere voluero ibi monachum me recipiatis cum vestimetitis meis necessariis que ego || abeam et cum lectulo meo. Hec omnia supradicta facio cum consilio et voluntate parentum meorum Raimundi, scilicet, de Tarrega et Arnall et Beren || garii de Chonil. Si quis hoc...

Quod est actum viii.º kal. madii, a.º MCLXXXIII.º ab Incarnacione Domini, et regnante Ledovico rege [iuniore], anno [x]xxvii.º

S + m Poncius Gontarii, qui hoc donum facio et testibus firmare rogo; S + m Raimundus de Tarrega; S + m Arnallus de Chonil; || S + m Berenger de Chonil, nepoti mei; S + m Guillelmi Pellia; |S + m |Raimundi Ferrarii; S + m Bernardi de Tarrega. ||

Petrus, presbiter, qui hoc scripsit...

1093.

1174, junio 2.

Ramón de Peramola se ofrece como monje, con el consentimiento de sus hijos.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 18 (n.º CMXXXIX).

A. C. A., Cart., f. 208 v, n.º 649.

Pateat cunctis presentibus atque futuris quod ego Raimundus de Peramola, dono atque offero me ipsum Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis, et suscipio habitum religionis per manum domni Guillelmi, eiusdem loci abbatis, et, cum voluntate filii mei Raimundi de Peramola et filie mee Berengarie, dono et concedo ob remissionem peccaminum nostrorum prephato monasterio s. Cu-

cuphatis duas pecias terre mei proprii alaudii. Sunt autem predictae pecie terre in comitatu Minorise, in terminio katri, de Tarrega, infra meum dominium. Et affrontat una ex supradictis peciis terre: a parte orientis in vinea Guillelmi Barrul, quam tenet per me, et de meridie in via publica, de occiduo in terra quam tenebat Arnalli Ruffaca, de circio in tenedone Petri Granelli. Alia vero pecia affrontat; a parte orientis in vinea, quam Arnallus Rubeus tenet per me, de meridie in ipsa cechia sive in ipso torrente unde aqua discurrit, de occiduo in tenedone quam tenebat Arnallus Rufacha, de circio in via publica. Quantum his supradictis affrontacionibus includitur, sic dono atque in presenti trado...

Actum est hoc iii.º nonas iuni, a.º xxxvii.º regni Ludovici, iunioris. Si quis hoc...

S.+m Raimundi de Peramola, qui hoc [vii]; S.+m Dulcie, uxoris eius; S.+m Raimundi; S.+m Berengarie, filiorum eius; S.+m Bernardi de Anglerola; S.+m Raimundi Ferrarii; S.+m Guillelmi Pela; S.+m Arnalli Oromir; S.+m Poncii Gontarii.

Guillelmus, monachus et sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1094.

1174,

junio 4.

Testamento sacramental de "Taiani".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 18-9 (n.º CMXL). — CARRERAS, *La Ciutat*, 322, nota 838. A. C. A., *Cart.*, f. 250, n.º 771.

Ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti, nomine Taiani, cuius ordo infra vi menses coram sacerdote et Petro de Corrone, Barchinonensi scriptore, vicario Mironis iudicis legaliter actus est. Nos scilicet Gerallus de Alcatarre et Gerallus, testes et iuratores sumus; testificamur namque... in quo elegit manumissores suos, scilicet me iam dictum Gerallum de Alcatarre et Gerallum de Monteiudaico et Raimundum de Castronovo, quibus precepit vero si eum mori contigerit... Primum dimisit corpus suum ad sepeliendum s. Cucuphati de Vallensi, cum ipso campo de turre Ladria, que habebat ad ipsum Collum super villam Provinciane. Item concessit eidem cenobio unam fexam terre quam habebat subtus ipsam turrem de Canalibus, iuxta viam qua itur apud Barchinonam et medietatem ipsius fexe terre quam habebat cum Raimundo de Columbario ad Bagnerolos. Concessit s. Marie de Pinu iii solidos; concessit nepoti suo Guillelmo ipsas domos quas habebat in ipsa villa de Provinciana et ipsas ii fexas terre quas habebat ad ipsas Figueras ad ipsum mansum de Columbario. Concessit filie sue Ermesendi illum campum quem habebat super mansum Arnalli de Columbario et ipsam vineam cum terra quam habebat ad ipsas curtes. Item concessit ei ipsam fexam terre quam habebat iuxta domos Berengarii de Fexes et medietatem de ipsis adobs de sua fabrica. Concessit Arnallo, nepoti suo, illam fabricam suam de Provinciana, cum medietate de adobs ad suam voluntatem faciendam. Et mandavit Guillelmo, nepoti suo predicto, ut persolveret illos iii solidos quos superius dimisit s. [Marie] de Pinu. Debebat Arnallo Frenario x solidos, quos haberet super illis vineis cum terris quas habebat ad ipsum Pontonalem. Concessit Petro Rubeo,

nepoti suo, illam vineam cum terra quam habebat ad ipsam Rocam. Item concessit filie sue Ermesendi illas domos quas habebat in alodio domini regis ad ipsum Castrumnovum, cum omni, bascula maiori vel minori que ibi est. Concessit s. Eulalie de Provinciana illum ortum cum arboribus quem habebat in ipsa orta Provinciane. Item s. Cucuphati, illas duas partes illius alodii quem habebat prope alodium eiusdem s. Cucuphatis super domum Raimundi Chaneti. Hoc totum ita ordinavit iam dictus testator viii.º kal. febr., a.º xxxvii.º regni Ledoy iunioris, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde, ingravescente languore, quo detinebatur, discessit ab hoc seculo eodem mense et anno. Hanc igitur ipsius... et Petro de Corrone, Barch. scriptore, vicario Mironis iudicis et aliis testibus existentibus...

Late condiciones ii.º nonas iunii et a.º prefixo xxxvii.º regni Ledoyci iunioris.

S + m Geralli de Alcatarre; S + m Geralli, sacerdotis nos huius rei testes et iuratores sumus; S + m Guillelmi, filii Arnalli Guifredi; S + m Geralli de Monteiudaico; S + m Iohannis, presbiteri; S + m Bernardi Deccnia; S + m Petri de Corron, scriptoris, nos qui huic sacramento presentes adfuimus.

S + m Geralli, presbiteri, qui hanc cartani translavit...

1095.

1174, agosto 17.

Ramón de Tárrega se ofrece al Monasterio y otorga diferentes legados.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 19 (n.º CMXLI).

A. C. A., Cart., f. 209, n.º 650.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus de Tarrega, dono et offero Domino Deo et s. Cucuphati corpus meum, tam in vita, quam in morte et dono ei vineam unam meam propriam, quam habeat post obitum meum, et dono ei tenedonem de vinea migeram i frumenti in vita mea. Post obitum vero meum remaneat iam dicta vinea prefato cenobio s. Cucuphatis et monachis eius in perpetuum. Est autem predicta vinea in terminio castri de Tarrega; et affrontat: a parte orientis in vinea Guillelmi de Terroia et Petri Fabri, de meridie m tenedone Petri Bodral, de circi et de occiduo de uno molendino ad alterum. Concedo etiam prenominato monasterio equitaturam meam meliorem, quara habuero ad obitum meum, si contigerit me mori absque testamento, quod Deus avertat. Hanc quidem oblationem corporis mei et supradictarum rerum facio in potestate domni Guillelmi, abbatis, et in presencia Poncii Gontarii et Raimundi Ferrari et Bernardi Gontarii, ut sim particeps oracionum et helemosinarum Deo in predicto monasterio acceptabiles. Si quis hoc...

Actum est hoc xvi.º kal. sept., a.º xxxviii.º regnante Ledovico iuniore.

S + m Raimundi de Tarrega; S + m Bernardi, fratris eius; S + m Arnalli de Cuni; S + m Berengarii de Cuni, fratrem eorum; S + m Poncii Gontarii; S + m Raimundi Ferrarii; S + m Bernardi Mironis; S + m Arnalli Oromir; S + m Guillelmi Peia.

Guillelmus, monachus et sacerdos, qui hoc scripsit...

1096.

1174,

agosto 17.

Pcmce Gonter ofrece a su hijo al Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 20 (n.º CMXLII).

A. C. A., Cart., f. 208, n.º 647.

Sit notum cunctis quod ego Poncius Gontarii, dono et offero corpus meum tam in vita, quam in morte et filium meum ad monachum faciendum Domino Deo et s. Cucuphatis cenobio et Guillelmo, abbati, et eius monachis, cum alodio meo proprio, quod abeo in Montepessulano, et cum alodio de Morela, quod est in terminio castri de Tarrega, separatim in iam dictis locis. Et affrontat predictum alodium de Montepessulano a parte orientis [1], de meridie in serra, de circi in Monte Albano in lacu, de occiduo [in] tenedone Bernardi Mironis. Alodium autem de Morela affrontat: de oriente in tenedone nepotum teorum, scilicet Arnalli de Berengarii, de rneridie in carrera que vadit ad Exerchavins, de occiduo in vinea de Geraldí de Tarrega, de circio in tenedone Guillelmi de Aquilone. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, totum integre, vobis dono et successoribus vestris, sive supradicto cenobio, et in vestra potestate presenti trado, sine ullo retentu... Est autem predictum alodium in comitatu Minorise, si,ve in terminio iam dicti castri de Tarrega, et in Mxmtepsulano. Si quis hoc...

Actum hoc xvi.º kal. sept., a.º xxxviii.º regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Poncii Gontarii, qui hoc laudo [vii] ; S + m Raimundi de Tarrega; S + m Bernardi; S + m Raimundi Ferrarii; S + m Arnalli de Cunil; S + m Berengarii de Cunil; S + m Bernardi Guillelmi Mironis; S + m Arnallus Erumir; S + m Guillelmus Pela; S + m Belot; S + m Bernardus Mansip.

Berengarii, monachi et diaconi, qui hoc scripsit...

i. Sigue en blanco espacio para una palabra o dos.

1097.

1174, septiembre 5.

Poncio de Espiells define al abad Guillermo el honor Espiells y de "Enimbardes",

REGESTA: MAS, *Notcs*, vi, 20-1 (n.º CMXLIII).

A.C. A., Cart., f. 157, n.º 509.

Post multa vero placita et contenciones que fuerunt inter abbatem s. Cucuphatis et monachus eius et Poncium de Espidellis de illo honore de Espidels, scilicet, de Trilea et de Enimbardes quem ipse Poncius dicebat esse suum alodium, vero iudicio eum amisit in presencia Guillelmi, abbatis s. Cucuphatis, et Arnalli de Costa et Bertrandi de Munistrol et Guillelmi Asprel et aliorum proborum hominum; et idcirco: Ego Poncius de Espidels, bono animo et voluntate, diffinio et vacuo domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et tibi Guillelmo, abbati, et eius servientibus, predictum honorem quem tenebam iniuste, ut modo nec deinceps ego et mei post me non requiramus, nec inquietare

possimus, sed sit solidum et lliberum alaudium s. Cucuphatis, ut decet. Si quis hoc dirumpere teptaverit, nil valeat, sed pro ssola presumpcione, libram i auri puri componat, et insuper hec diffinicio firma et stabilis permaneat omni tempore.

Quod est actum nonas sept, a.° xxxviii.⁰ regnante Lodovico rege iuniore.

S+m Poncii de Espidels, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo; S+m Petri; S+m Poncii; S+m Ferrarii, filiorum eius; S+m Arnalli de Costa; S+m Bertrandi de Munistrol; S+m Guillelmi Aspel; S+m Bernardi Mancipii.

S+m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit...

1098.

1174, septiembre 21.

El rey de Aragón Alfonso confirma los honores que anteceden,

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 21 (n.° CMXLIV).

A. C. A., Cart., f. 209, n.° 651.

Sit notum cunctum hominibus qualiter ego Ildefonsus Dei gracia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, laudo atque dono et concedo ullum donum honoris quod Raimundus de Petramola fecit monasterio s. Cucuphatis et tibi dompno Guillelmo, abbati s. Cucuphatis. Et similiter concedo et laudo atque dono illud donum honoris quod fecit Ermeniards, que fuit uxor Raimundi Ferrarii cum filio suo Raimundo Ferrarii et aliis filiis, cum quo dono honoris fecerunt monachum s. Cucuphatis, scilicet Berengarium, filium supradicte Ermengardis. Et similiter concedo et laudo atque dono illud donum honoris que fecit Bernardus Gontarii, quem honorem habuit per hereditatem sui patris et fecit se monachum s. Cucuphatis cum ipsa honore. Et similiter concedo et laudo atque dono illum donum totum quod fecerunt Guillelmus de Taladel et Bernardus de Taladel et Petms de Taladel. Et similiter concedo et laudo atque dono illud donum honoris quod fecit Raimundus de Tarrega. Et est hec omnia suprascripta in comitatu Minorise, in terminum de casttrum Tarrega, et in villa, separatum diversis locis, sive in terminum Montepetularii. Hec omnia suprascripta latfdo et confirmo monasterio s. Cucuphatis et tibi dompno Guillelmo, abbati s. Cucuphatis, et omni conventui tibi submisso atque omnibus successoribus tuis, cum omnibus affrontacionibus, cum exiis vel regressiis earum, quibus ad iam dictum honorem pertinent vel pertinere debent. Si quis hoc fregerit... in duplo componat...

Actum est hoc xi.° kal. nov., a.° ab Incarnacione Domini MCLXXIII.

S+m Ss. Ildefonsi, regis Aragonum, comitis Barchinone et marchionis Provincie; S+m Geralli de Iorba; S+m Berengarii de Cardona; S+m Guillelmi de Claromont.

Petrus, levita, qui hanc cartam scripsit et ss. hoc signum fecit.

Ss. Ego Guillelmus de Bassa scripsi nomen domini regis mandato suo, facto crucis signo manu propria sua, quod solitus est facere.

1099.

1174,

noviembre 11.

Berenguer de Cleriana y su esposa entregan al Monasterio las propiedades que se citan.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 21-2 (n.º CMXLV).
A. C.A., Cart., f. 205, n.º 639.

In nomine Domini. Ego Berengarius de Cleriana et coniux mea Sancia et filius meus Berengarius et Bernardus, nos simul, concedimus atque donamus Domino Deo et monasterio s. Cucuphati et tibi Guillelmo, abbati, et monaci eiusdem loci, illum mansum de Mata Nerela et unas domos in kastrum de Cleriana et illam dominicaturam quam in kastrum de Valle Espinosa accepit et abuit soror mea Berengaria, et illum mansum de Rochamora. Prefatum vero mansum de Mane Nerela, cum terminis suis et afrontacipnibus atque pertinenciis, simul cum hominibus atque usaticis et sensum inde et de supra-scriptis aliis alaudiis exeuntibus, sic nos supradicti donamus et concedimus prefato monasterio et eius servientes, ut de iam dictis alaudiis faciant quicquid eis placuerit, sine ullo nostro retentu, tantum in vita sorori mee Berengarie; post obitum vero Berengarie hec omnia superius scripta revertatur mihi iam dicto Berengario vel illis cui ego dubitavero verbis vel testamento. Tali pacto hec omnia suprascripta donamus prefato monasterio, ut iam dictus abbas et monaci eiusdem monasterii donent victum et vestitum sorori mee Berengarie in vita sua, secundum regulam s. Benedicti. Et ego iam dicta Berengaria, cum assensu et voluntate viro meo Raimundo de Cerveio, dono et concedo iam dicto Berengario, fratri meo, ad suam voluntatem, ii.º milia solidis, quos habeat et teneat in kastro de Argencola, sicut nos eum melius abemus vel abere debemus, cum pertinenciis suis donec Ugo de Peguera persolvat tibi vel tuis ii milia solidis monete Barchinone est muls et est cavals ad laudamentum duorum amicorum vestrorum. Insuper concedo atque dono ego Berengaria me ipsam Domino Deo et monasterio s. Cucufati et tibi Guillelmo, abbati, cum omni supradicto honore, sicut superius est scriptum. Sunt hec omnia in chomitatum Barchinone, sive Minorisse, et in termino castro de Cleriana et de Valde Espinosa et de Rochamora.

Quod est actum iii.º idus nov., a.º xxxviii.º regni Leovici iunioris.

S + m Berengarii de Cleriana; S + m Sancia; S + m Berengarius; S + m Bernardus; S + m Berengarie; S. + m Raimundi de Cerveio; S + m Berengue-
ra, coniux eius; S + m Guillelmi de Castelar; S + m Berenguer de Ivorra;
S + m Berengarii de Altarriba; S. + m Arnallus Eribad.

Bernardus, presbiter, qui hoc scripsit...

1100.

"75. enero 28.

Ines define a favor del abad Guillermo el manso de Poals que recibió de su esposa en concepto de sponsalicio.

REGESTA: MAS, *Taula*, 320; *Notes*, vi, 22-3 (n.º CMXLII).

A. C. A., Cart., f. 45, n.º 149.

Sit notum cunctis quod ego Agnes, femina, cum voluntate et laude patris mei ac matris et amicorum meorum, diffinio et evacuo Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et tibi Guillelmo, abbati, et eius servientibus, ipsum meum mansum de Podols quem mihi dedit vir meus in meo sponsalicio ad diem nuptiarum. Predictum vero mansum vobis, predictis senioribus meis, diffinio et evacuo, ut ego vel amici mei per me aliquid in prefato manso non requiram nec requirant, set sit liberum et solidum... Si quis... in duplo componat...

Quod est actum v.º kal. febr., a.º xxxviii.º regnante Lodovico rege iuniore.

S + m Agnetis, femine, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo; S + m Berengarii, patris eius; S + m Arsindis, matris eius; S + m Belot; S + m Bernardi Iozfredi.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit.

1101.

1175, marzo 8.

Berenguer de Cleriana y su esposa ofrecen al Monasterio a su hijo Ramón y como dote el molino Orfanel.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 23 (n.º CMXLVII).

A. C. A., Cart., f. 205, n.º 638.

In nomine Domini. Ego Berengarius de Cleriana et coniux mea Sancia, offerimus et donamus Domino Deo et s. Cucuphati et domno Guillelmo, abbati, filium nostrum proprium nomine Raimundum ad monachum faciendum. Et donamus monasterio s. Cucuphatis et omnibus ibi Deo servientibus cum assensu et voluntate filiorum nostrorum, scilicet Berengarii et Bernardi per hereditatem iam dicti Raimundi, molendinum Orfanel, cum rego et capud rego, et cum ipsa aqua et vineam cum terra in qua est fundata et ortum que sunt super molendinum, sicut nos melius habemus et tenemus in dominio. Et concedimus abbati, et si ipse vel sui voluerint, transmutent ipsum molendinum ubicunque melius voluerint in suo dominio. Supradicta autem vinea affrontat: de orient in torrente de Celad sive in dominio s. Cucuphatis, a meridiie in rego supradicti molendini, de occidente in dominio de Berengario de Cleriana, de circio in margine et concedimus in super omnes domos Arnalli Eribaldi, et censum et usaticum et omnia que ipse et omnes heredes eius et sui heredes mitant in perna et in moltone et in aliis partem quam debent mitere. Quod si facere noluerint Arnallus Eriballi et sui, habeant licenciam emparare honorem illis usque dum habeant persolutam partem quam debent mitere in perna vel moltone et in omnibus aliis. Et Arnallus Eriballi et sui sint semper solidi et

stantes in dominio s. Cucuphatis. Si quis hoc... alter alteri... in duplo componat.

Actum est hoc viii.º idus marc., a.º xxxviii.º regnante Ledovico rege iuniore.

S+m Berengarii de Cleriana; S+m SANCIE, uxoris eius; S+m BERENGARII; S+m BERNARDI, filiorum eius; S+m BERENGARIE, filia eius; S+m BERTRANDI de Nucleo; S+m ARNALLI Eriballi; S+m BERNARDI, presbiteri.

S+m Petri, subdiachoni, qui hoc scripsit...

1102.

1175, junio 3.

Testamento de Ermesinda.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 23 (n.º CMXLVIII).

A. C. A., Cart., f. 387, n.º 1125.

In Dei nomine. Ego Ermessendis, femina, detenta magna egritudine, pleno sensu et memoria integra, facio meum testamentum, in quo eligo manumissores meos videlicet Petrum de s. Vincentio et Guillelmum de s. Columba et Raimundum de Cabaneis, virum meum, quibus precipio caritative ut si mori me contigerit... distribuant meas res..., sicut hic iniungo. Primum dimitto corpus meum Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis ad sepeliendum; et dimitto eidem monasterio ipsum honorem meum de Algabut et duas equas pro anima mea, et meum lectum integrum. Dimitto episcopo Barchinonensi et sedi s. Crucis iii moabetinos pro anima mea et s. Marie de Bitulona et clericis suis iii moabetinos, et s. Marie de Montecada et presbitero suo ii moabetinos pro anima mea. Dimitto s. Minato et presbitero suo i moabetinum, et s. Iacobo i moabetinum, et recognosco quod debeo archidiacono Vicensi v escatos et mando et rogo ut omnibus modis persolvantur. Et isti predicti moabetini quos accipio pro anima mea et predicti eschati sint persoluti de illis moabetinis quos habeo in illo pignore Petri de Olone et Guillelmi de Olone. Debeo Revello, nudricato meo xiii solidos et vi denarios et ii moabetinos de logerio suo, et Bernardo de Minoripa i moabetinum. Iterum debeo Bernardo de Valleviridi x moabetinos; et omnia alia mea debita que mihi non rememorant, que ego debeam in veritate, rogo et mando ut similiter persolvantur. Et illud debitum, scilicet viiii moabetinos qui remanent de illo debito Lobelli Graciani, quos Bernardus de Castlari fideiussit pro me, persolvantur de illis LX solidos quos idem Bernardus de Castlari fideiussit mihi et Raimundo de Cabaneis, viro meo, pro Burdo de Sabadello, baiulo meo, et Gascata, uxore sua. Dimitto Milicie Templi duas equas pro xx moabetinis, quas eis debebant. Solvo et reddo delibero atque difinio monasterio s. Petri Puellarum omnem ipsum honorem, scilicet domos, ortos de campos atque vineas et omne hoc quod a predicto monasterio adquisivi sine ullo meo meorumque retentu. Dimitto s. Marie Stagnensis moabetinum. Dimitto filie mee Iauduinde L moabetinos, quos Petrus de Belloloco mihi debebat, et recognoscit et unum tapetum quod est apud s. Minatum. Dimitto Helisabet filie mee quamdam sarracenam filiam de Mariem et quamdam equam et quemdam lectum de

pannis. Item dimitto Berengario de Valleviridi unum pullinum, quem habeo apud Vitulonam. Dimitto Raimundo de Cabeneis, viro meo, illam fabricam de s. Perpetua in qua habeo pignus L moabetinos ad omnem voluntatem suam faciendam. Similiter dimitto ei illud pignus cum omnibus melioramentis quod habeo in domibus Guillelmi de Torsa et redimat eas de Maletto pro x moabetinos et recuperet cartas; et laudo atque dimitto eidem viro meo illam donationem, scilicet illud sponsalitium cc moabetinorum quos ad diem nuptiarum nostrarum ei dedi scriptura donacionis, sicut scriptum continetur in illa carta quam ei inde feci, ut habeat atque possideat ad omnem voluntatem faciendam. Iterum dimitto eidem Raimundo, viro meo, illud averem illius conventionis, que fuit facta inter nos et Raimundum de Montecada, similiter ad suam voluntatem faciendam. Iterum dimitto eidem Raimundo, viro meo, illud averem illius conventionis, que fuit facta inter nos et Raimundum de Montecada, similiter ad suam voluntatem faciendam. Dimitto eidem Raimundo omnia vascula maiora vel minora et omnes pannos meos ubicunque habeo et meos captivos, excepta illa sarracena quam filie mee dimisi et omne meum mobile maius vel minus ubicunque habeo vel habere debeo ad suam voluntatem faciendam, exceptis cubis et tonnis, quos dimitto Petro, filio meo, et exceptis illis bestiis quas superius dimisi. Item dimitto eidem Raimundo totum sementer de Bitulona et duo sextaria ordeï que habeo in fabrica de Bitulona et iiii sextarios ordeï que habeo apud Tidanam et rningeram unam de frumento et ipse persolvat Badaio i sextario ordeï et sit liber et solutus; et Guillelme, eminam i ordeï; et Petro Iohanni, quarteras x ordeï; et Revello, eminam i; Rusiniol, iii quarteras; et Marie de Mari, migeram i; Arnallete de Caneto, migeram i; Rufe, femina, eminam i et ipsas flazadas; Rusiniol, i flasadam; et Revello, alias flazadam; et Subrops, nutricate mee, iii quarteras; et Beatrici, migeram i; et Monache, aliam migeram; et dimitto illud blad quod Petrus de s. Andrea et Carbonel Romanga mihi et Raimundo, viro meo, fideiusserunt ad convivium meum faciendum dimitto et si plus ibi necesse fuerit, rogo Raimundum, virum meum, ut ipse faciat de suo honorifice; et ipsum ordeum de Petro Dalmacii, similiter ad ipsum convivium faciendum dimitto; debeo Ieraldo de Canoveles xvii solidos et vi denarios, qui rogo ut persolvantur. Dimitto in potestate Dei et Guillelmi de s. Columba istam predictam meam voluntatem, ut ipse faciat fieri et debita mea persolvi Petro de s. Vincentio et Raimundo de Cabannis, viro meo, et de hoc rogo utrunque pro amore Dei ut fiat. Item dico et volo quod si in vita mea intrarem monasterium s. Cucuphatis, Raimundus predictus, vir meus, donet in vita mea ea que mihi necessaria fuerint; et si hoc facere nequiverit, nullum habet valorem donacionem quam ei facio. Item dimitto Raimundo, viro meo, ad suam voluntatem faciendam, illud pignus xxx moabetinos, quod teneo ad s. Vincencium de Petro s. Vincencii.

Actum est hoc testamentum iii.º nonas iunii, a.º xxxviii regni regis Ledovici iunioris.

S + m Ermessendis, femine, que hoc laudo et firmo firmarique rogo; S + m Petri de s. Vincentio; S.+ m Guillelmi de s. Columba; S + m Raimundi de Cabaneis; S + m Bernardi de Valleviridi; S + m Bernardi Caputbovis; S + m Guillelmi de Bitulona; S.+ m Berengarii de Sanctis; S + m Raimundi de Sanc-

to Licerio; Ss. Geraldii, levite; S + m Guillelmi de Verdera; S + m Berengarii, levite.

S + m Iusti, qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in linea xvi.^o et xvii.^a et xxii.^a atque xxv.^a die et anno quo supra.

S + m Dalmacii, levite, qui hoc translatum...

1103.

1175,

julio 10.

Testamento de Guillermo, en el que entre otras cosas dispone ser enterrado en el Monasterio, al cual lega la mitad de la hacienda llamada la Riera.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 412; *Notes*, vi, 24 (n.^o CMXLIX).

A. C. A., Cart., f. 70 v, n.^o 275.

In Dei nomine. Ego Guillelmus, infirmitate detentus, tamen plenus sensu meo et memoria, facio meum testamentum et eligo manumissores meos, videlicet Raimundum de Monte Acuto, et Berengarium de Villa de Caballis, et Arnaldum, fratrem meum, ut si de hac infirmitate obiero... distribuant res meas sicut hic... invenerint. In primis dimito corpus meum ecclesie sancti Cucufatis cum medietate mansi de {ipsa} Riera; et dimito ecclesie sancte Marie de Terracia v solidos; et dimitto Bernardo, fratri meo, castrum meum de Mirrailoles, sicut ego illud habeo vel habere debeo; et meum caballum quem habet in pignere Petrus de Aquilone pro L solidos, et ut ipse persolvat mea debita, videlicet, Guillelmo de Viciano i pullum caballinum ii annorum, et i scutum, et i sellam et lanceam, et i balistam, et xxxi solidos, et Carbonello, homini meo, i asinam, et Guillelmo de Mirailes, xix solidos, pro quibus ipse fuit fideiussor Guillelmo de Aquilone, et Bernardo de Mirailes, i sellamentum armigeri. Et dimito Berengario, fratri meo, Brianzimum cum pertinentiis suis sicut ego habeo vel habere debeo, quem tenet in pignore pro CCCCL solidos Arnaldus de Montleuno.

Actum est hoc vi.^o idus iulii, a.^o xxxviii.^o regni regis Ledovici iunioris.

S + m Guillelmi, qui hoc testamentum facit et firmat; S + m Raimundi de Monteacuto; S + m Berengarii de Villa de Caballis; Arnallus, monachus; S + m Bernardi; S + m Berengarii, fratrem eius.

S + m Arvei, presbiteri, C. S. R., qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1104.

1175, diciembre 27.

Loreta da a su hijo Pedro el manso llamado Casal de Oriol, sito en el término del castillo de Claramunt.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 24 (n.^o CML).

A. C. A., Cart., f. 402, n.^o 1167.

Sit notum cunctis quod ego Loreta, dono tibi Petri filio meo i mansum quem vocant Cassal de Orioll, cum omnibus suis tocuis pertinenciis et cum ingressibus et exitibus suis, scilicet culltis vel heremis, cum silvis et garricis atque pascuis cum omnibus arboribus fructiferis et infructiferis, quod ego

abeo melius <abear> vel abere debeo in supra iam ductum mansum et cum suis totis afrontacionibus quas habet vel retinet, tali modo dono tibi, quod si non habeo filii de legiptimo coniugii, remaneat suprascripta omnia a Berenger <que> Petri, filio meo, per iam dictum manssum et ac capite dono pro anima mea xx solidos monete obtima Barchinonensi curribilis post obitum de iam dicta Loreta. Quod si noluerint eam facere exat de mea honore suprascripta et de vita mea siant donna et potentissima de iam dicta omnia et siant gaurentum contra cunctos totis hominis vel feminas. Et est ista omnia in chomitatu Barchinonenssi, vel in terminio katri Clarimont. Set si quis hoc...

Actum est hoc vi.º kal. ian., a.º xxx nono regnante Ledoucho regi iuniori.

S + m Loreta, qui ista donacione fecit scribere et ad testes firmare rogavi; S + m Rafardi; S + m Guillelmi de Crebassi.

Petrus, presbiter, qui hoc scripsit die et anno quod ss. supra.

1105.

1176, febrero 5.

Testamento de Subirana a favor de sus hijos Pedro, Ramón y Berenguer. Lega su cuerpo, más el manso de Sales y una cantidad en metálico al Monasterio. Hace también varias donaciones a diferentes iglesias de su devoción.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 297; *Notes*, vi, 25 (n.º CMLII).
A. C. A., Cart., f. 30, n.º 88 bis.

Quoniam nullus... Ego Subirana iaceo in egritudine et facio meum testamentum, et eligo manumissores meos scilicet, Arbertum de Riorubeo, et Raimundum de Cercitulo et Berengarium, fratrem eius, ut hi distribuant... Primum dimitto corpus meum cenobio s. Cucuphatis cum xx.^a solidos denariorum, et medietatem ipsius mansi mei de Sales, sicut hodie tenet et possidet Guillelmus Bernardi de Sales, tali conventu, ut Petrus de Xercavins, filius meus, habeat et teneat prefatam medietatem iam dicti mansi omnibus diebus vite sue. Post eius obitum, revertatur, sine ulla contrarietate, predicto cenobio s. Cucuphatis. Dimitto ecclesie s. Petri de Rio Rubeo et eiusdem clerico xii solidos denariorum, et ecclesie Barchinone sedis, ii solidos, et ecclesie s. Marie de Campaniano, ii solidos, et s. Marie de Monte Serrato, xii denarios. Dimitto filio meo Petro omnem medietatem tocius mei alaudii et honoris que habeo vel habere debeo in parrochiis s. Marie de Campaniano, sanctique Petri Octavianensis et in Ferruzons, et in Galliners, et in Cercitulo. Omnem aliam prefati honoris medietatem dimitto Raimundo et Berengario, filiis meis, equaliter. Et si unus ex his obierit sine superstitute prole legitima, hereditas illius revertatur aliis. Dimitto eidem Petro, filio meo, omne meum mobile et vasculam maiorem et minorem, et laudo et concedo testamentum viri mei, et precipio Petro filio meo, ut persolvat omnia mea debita.

Quod est actum nonas febr., a.º xxxix.º regni regis Ledoyci iunioris.

S + m Subirane, qui hoc testamentum laudando firmo, testesque firmare rogo; S + m Arberti de Riorubeo; S + m Raimundi de Cercitulo; S + m Berengarii, huius testamenti testes; {S + m Petri, sacerdotis; S + m Raimundi, presbiteri. }

Petrus, subdiachonus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1106.

1176, febrero 7.

Pedro de Xercavins ofrece al Monasterio el capón que recibía de censo anual por la mitad del manso Sales.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 297; *Notes*, vi, 25 (n.º CMLII).
A. C. A., Cart., f. 30, n.º 89.

Sit notum cunctis quod ego Petrus de Xercavino, bono animo et voluntate dono et concedo Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et eius servientibus per tenedonem unum caponum, quem accipiebam per censum in illa medietate mansi de Sales, quam mater mea dimisit s. Cucuphati post mei obitum in suo testamento. Et hoc facio propter remedium anime mee ac matris mee... Et hoc facio in presentia Geralli presbiteri, et Arnalli de Solario, et Ticionis et aliorum proborum hominum. Si quis hoc...

Quod est actum vii.º idus febr., a.º xxxviii.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Petri de Xercavino; S.+m Tisionis; S.+m Boni Mancipii; S + m Arberti de Fonte; S + m Raimundi de Cercitulo; Ss. Geralli, sacer.

S+m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit.

1107.

1176, mayo 5-

Transacción efectuada por Pcdro de Vallseca y el Monasterio sobre el litigio producido entre ambas partes acerca de las propiedades que se determinan en varias parroquias.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 297; *Notes*, vi, 25-6 (n.º CMLIII).
A. C. A., Cart., f. 30, n.º 91.

Cunctis sit notum quod post contenciones et placita que diu agitata fuerunt inter monasterium s. Cucuphatis et Petrum de Valle Sicca de omni illo honore quem Petrus de Valle Sicca tenebat et sui iuris esse dicebat, partem pro alaudio, partem pro feudo, partem pro pagesia, et etiam de baiulia qua suam esse debere dicebat. Quod totum abbas ei negabat. Tandem laude atque consilio proborum hominum Umberti, scilicet, abbatis s. Petri de Gallicantu, et Bernardi de Pinel, atque Bernardi de Plegamans, seu Arnalli et Bernardi de Castlaril, necnon et aliorum multorum nobilium virorum, venerunt ad finem et transactionem de omni predicto honore et de omnibus aliis querimoniis quas habebant ad invicem. Propter hoc ego Petrus de Valle Sicca, reddo, diffinio, atque evacuo, et libere sive quiete, sine vinculo alicuius hominis vel femine, dono {omnia} illa alaudia que habeo et teneo vel aliquo modo habere debeo, infra terminos parroechiam s. Petri Octavianensis sanctique Cipriani de Aqualonga, necnon s. Marie de Campaia ad proprium alaudum franchum et liberum predicti monasterii, ut melius dici vel intelligi potest, melius ad utilitatem et profutum eiusdem monasterii. Iterum diffinio et evacuo eidem cenobio illam baiuliam quam per vocem patris mei iniuste tenere volebam. Item

que recognosco et diffinio illud totum feddum quod qd. parentes meos tenuisse per s. Cucuphatem asserebam. Similiter recognosco me tenere alias tenedones per monasterium s. Cucuphatis de quibus persolvo agraria. Supradictorum vero omnium tradicionem atque deliberationem sive recognitionem facio ego, predictus Petrus, in manu ac potestate domni Guillelmi, predicti monasterii abbatis, atque sui conventus. Si quis hoc...

Quod est actum iii.º nonas madii, a.º xxxviii.º regnante Lodovico, rege iuniore.

S + m Petri de Valle Sicca, qui hoc laudo; S + m Berengarie, uxoris eius; S + m Bernardi de Plegamans; S + m Arnalli de Castlaril; S + m Bernardi de Castlaril; S + m Belot; S + m Raimundi de Cercitulo; S. + m Boni Mancipii; S + m Bernardi Mancipii; S + m Petri de Volpeieres.

S + m Petri, saeerdotis, qui hoc...

1108.

1176, mayo 7.

El abad Guillermo declara las prestaciones que Pedro de Vallseca y su mujer Berengaria han de hacer al Monasterio por razón de sus propiedades.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 297; *Notes*, vi, 26 (n.º CMLIV). — HINOJOSA, *El régimen*, nota i.

A. C. A., *Cart.*, f. 31, n.º 92.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Guillelmus, gratia dei s. Cucuphatis abbas, consilio et voluntate tocius nostri conventus, dono tibi Petro de Valle Sicca et uxori, tue Berengarie, et omni progeniei ac posteritatis vestre, uni post alium indivisibiliter, omnem illum honorem quem tu reddidisti et donasti in monasterio s. Cucuphatis, eo tenore, ut de manso de Valle Sicca donctis nobis et successoribus nostris annuatim pro censu in natale Domini par unum caponum. Et de omnibus alaudiis que tu diffinisti et donasti per censum et recognitionem omnibus diebus vite tue atque tue uxoris, dabitis migeram unam frumenti, recipientis ad mensuram mercati annuatim in festivitate s. Felicis. Post obitum verum vestrum, de omnibus dictis alaudiis dabit filius vester de omnibus fructibus mediam tascham fideliter, et predictos capones de censu. Post obitum illius filii, dabit ille qui ei succedet, et successores sui in perpetuum, tascham fideliter, et predictos capones de censu. Iterum damus vobis illum campum de prato quem vos tenetis per s. Cucuphatem, eo pacto, ut donetis ex eo in vita vestra medium quintum et mediam tascham, et vestri post vos donent quantum fideliter. De omnibus aliis vero tenedonibus quas per s. Cucuphatem tenetis, donetis vos et vestri, post vos fideliter, solita agraria. Iterum damus vobis illud feudum quod pater tuus tenebat per s. Cucuphatem et tu nobis diffinisti, eo modo, ut in vita vestra ibi accipiamus de omnibus exitibus sive fructibus terciam partem propter servicium illius feudi. Post obitum vestrum, filius vester dabit tascham fideliter; successores eius filii dabunt quintum de vino et tascham de omnibus fructibus, et prefatos capones in perpetuum. Iterum comendamus tibi, Petro de Valle Sicca, baiuliam nostram ad fidelitatem nostram dum nobis placuerit. Vos au-

tem et illi qui supradictum donum post vos habuerint, habeatis ad fidelitatem et servicium nostrum nostrorumque successores, et eritis et erunt solidi cenobii s. Cucuphatis, et in honore prenominati doni permanentes assidue. Si quis hoc...

Quod est actum nonas, madii, a.° xxxviii.° regnante Ledovico rege iuniore.

S + m Petri de Valle Sica; S + m Berengarie, uxoris eius; S + m Bernardi de Plegamans; S + m Arnalli de Castlaril; S + m Bernardi de Castlaril; S + m Belot; S + m Bernardi Mancipii; S + m Bernardi Celarer.

S + m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit...

1109.

1176, mayo 10.

Pedro Guillermo restituye al Monasterio un honor situado en Castelldefels, que pertenecía al Cenobio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 27 (n.° CMLV).

A. C. A., Cart., f. 272, n.° 838.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Guillelmi, dono atque reddo simulque trado Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis in manu domni Guillelmi, abatis, et eius successoribus in perpetuum, honorem quem iniuste predicto monasterio auferebam, qui est alaudium predicti monasterii. Et est predictus honor in chomitatu Barch., et in terminio et in parroechia s. Marie katri Felix. Terminatur autem: a parte orientis in alaudio s. Marie, de meridie in ipso campo de Quadrel quod tenebat Bernardus de Torrente, de occiduo in alaudio s. Marie, de circi in alaudio s. Cucuphatis. Quantum his affrontacionibus induditur, sic dono atque reddo predicto monasterio s. Cucuphatis eiusque servientibus, pro redempcione anime...

Quod est actum v.° idus may, a.° xxxviii.° regnante Ledoyco rege iuniore.

S + m Petri Guillelmi, qui hoc laudo [vii]; S + m Ermesendis; S + m Guilie, filiarum eius; S + m Raimundi Iohannis; S + m Raimundi Bernardi; S + m Guillelmi Vilar; S + m Bernardi Bremundi de Pug.

Arnallus, monachus et sacer, qui hoc scripsit...

1110.

1176, julio 26.

El abad Guillermo establece a Bertrán de Soler el manso de este nombre, sito en Aviñonet.

REGESTA: BALARI, *Origenes*, So. — MAS, *Taula*, iv, 330; *Notes*, vi, 27-8 (n.° CMLVI).

A. C. A., Cart., f. 141 v, n.° 458.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus, gratia Dei s. Cucuphatis abbas, una cum conventu mihi comisso, damus tibi Bertrando de Solario et uxori tue Guilie et omni proieni ei ac posteritati vestre, uni post alium indivisibihter alaudium s. Cucuphatis et nostrum, ab bene laborandum et hedificandum, scilicet, mansum de Solario, cum suis terminis et affrontacionibus, sicut eum melius habemus, vel habere debemus, per vocem Nevie, femine. Et est in comi-

tatu Barch., in termine Olerdole, sive in parrochia s. Petri de Avinione. Supradictum vero mansum vobis et vestris damus, ut teneatis et habeatis cum ingressibus, et egressibus suis, tali ratione et conventu, ut de omni fructu quem Deus ibi dederit, donetis vos et vestri post vos, nostro monasterio omni tempore quartum et braciaticum, excepto ipso fevo quem vobis et vestris dedimus, in quo fevo domos condirragatis et faciatis ad habitandum vos, et vestri post vos, ibi habitantes nostri solidi omni tempore; de quo fevo dabitur nobis et nostro cenobio annuatim per census i morabetinum legitimum in natale Domini. Et affrontat predictum fevum: ab oriente in torrente sive in ipso cingulo de Roca, quod est super ipsas domos, a meridie in predicto cingulo, ab occidente in illo fonte de Girberto Sanla, a circio in torrente. Terminatur autem predictus mansus de Solario: ab oriente in torrente et in strada que vadit ad Granatam, a meridie in iam dicta strata, ab occidente in alaudio s. Sebastiani quem tenet Raimundus Buti, a circio in torrente. Quantum iste affrontaciones includunt et termini ambiunt sic damus vobis et vestre proieni ac posteritati, uni post alium, indivisibiliter, ut teneatis et habeatis et expletis ad servicium et fidelitatem s. Cucufatis et nostrum, sicut superius scriptum est, et ibi alium seniore vel baiulum non aclametis nec faciatis nisi nos et nostros successores. Item comandamus vobis ad servicium et fidelitatem s. Cuphatis et nostrum, nostram baiuliam de Torres Bezes, sive de predicto Solario, et de ipso manso de Ficulnea, sive ipso manso de Campo de Lupis, simulcum ipso braciatico quod de ipso honore supradicto nobis exiit et exire debet. Preterea damus vobis et vestris post vos in quocumque loco in prefato manso volueritis facere molendinum faciatis sine ullo censu. a nobis retentu, et sit in censu predicti morabetini quod exiit de predicto fevo. Si quis hoc...

Quod est actum vii.° kal. aug., a.° xxxviii.° regnante Lodovico rege iuniore; et ego Bertrandus de Solario et uxor mea Guilia diffinimus et evacuamus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et eius servientibus, illos fevos quos tenebamus et habebamus infra terminos de Torresbezés et de manso de Solario, exceptus illum quod superius scriptum est quod modo nobis donatis.

S+m Bertrandi de Solario; S.+m Guilie, uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus; S+m Petri de Bassa; S+m Petri, filii eius; S.+m Poncii Magol; Ego Guillelmus de Bassa. ss.

S+m Petri, sacerdotis, qui hoc scripsit cum versiculo illo inferius submisso ubi dicit "et ego Bertrandus, diffinio" die et anno quo supra.

1111.

1177, marzo 4.

Guillermo Pellicer da al Monasterio el manso de "Coconis".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 28 (n.° CMLVII).

A. C. A., Cart., f. 258, n.° 794.

Sit notum cunctis qualiter ego Guillelmus Pelliparii, pro remedio anime mee ac parentum meorum dono Domino Deo et beatissimo monasterio s. Cucuphatis, meum mansum de Choconis per franchum alodium quem habeo in comitatu Barch., in parrochia s. Clementis, in tali videlicet ratione, ut filie mee et earum posteritas ac proienies habeant predictum mansum per iam dictum

cenobium et per suos monachos, ac donent inde s. Cucuphati semper tascham panis ac vini et fructus de oliveriis et semper in Natali Domini i par gallinaruni et de molendino similiter tascham et si filie mee ambe obierint sine infantibus legitimi coniugii, habeat prescriptum mansum Bernardus, frater meus, in vita sua per s. Cucuphatem ac per suos et postea reverteretur supradicto cenobio ad suam voluutatem faciendam, libere et quiete...

Actum est hoc iiii.º nonas marcii, a.º XL.º regni Leodici iunioris.

S + m Guillelmi Pelliparii, qui hoc laudo et firmo; S + m Guillelme; S + m Ermesendis, eius filiarum; S + m Arnaldi Ollarii; S + m. Raimundi Ollarii; S + m Arnaldi de Vilar.

S + m Bernardi, presbiteri, qui hoc scripsit...

1112.

1177, octubre 1.

Ramón de Guardia, su esposa y su hermano venden al Monasterio, por ciento diez maravedises, un manso sita en San Vicente dels Horts.

KEGESTA: MAS, *Notcs*, vi, 28-9 (n.º CMLVIII).

A. C. A., *Cart.*, f. 230, n.º 722.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Guardia et uxor mea Marchesa et frater meus Poncius de Guardia, damus et offerimus et vendimus domino Deo et cenobio s. Cucuphatis, in remisionem peccatorum nostrorum sive parentum vestrorum, illum mansum nostrum cum universis suis pertinenciis et tenedonibus, cum censibus et usaticis et serviciis et senioratico quem per vocem genitorum nostrorum habemus in comitatu Barch., infra terminum castris de Cervilione, in parrochia s. Vincencii de Ortis. Terminatur autem: ab orientis in flumine Lupricati, a meridie in alodio domini regis, ab occiduo in strata publica, a circio in alodio s. Petri castris Serrensis. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur prefatus mansus cum suis pertinenciis et cum introitibus et exitibus suis, integriter, damus et vendimus et offerimus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis ac, ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem eiusdem cenobii, de nostro iure in ius et dominium suum in manu dompni Guillelmi, abbatis sui, tradimus ad proprium alodium liberum et franchum s. Cucuphatis ad quod ibf vel exinde abbas et conventus eiusdem cenobii facere voluerit, sine vinculo... Accipimus quoque pro hac donacione et vendicionc de bonis s. Cucufatis ex morabetinos bonos inadinos in auro, sine engan, et de isto precio nichil apud vos remansit in debito, et est manifestum. Si quis hoc...

Actum est hoc kal. oct, a.º XLI.º regni Ledoyci iunioris.

S + m Raimundi de Guardia; S + m Marchese, uxoris eius; S + m Poncii de Guardia, qui hoc laudamus [1] ; S + m Estefanie, sororis eorum; S + m Geralli Alamagni; S + m Guillelmi, filii eius; S + m Mironis de Turriliis; S + m Poncii Maiol; S + m Raimundi Ferrer; S + m Durfortis; Ss. Raimundi de Monte Catano; S + m Guillelmi de Alfodio; S + m Bernardi Marcucii.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1113.

1177. noviembre- 8.

Pedro Grau y sus hermanos definen a San Cugat unas tierras sitas en Arampruña.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 20 (n.º CMLIX).
A. C. A., Cart., f. 272v, n.º 839.

Omnibus hominibus sit manifestum quod ego Petrus Geraldí atque fratres mei Rairmundus Geraldí, atque Geraldus, nos omnes simul, cum consilio et voluntate matris nostre Ermesendis, diffinimus et evacuamus atque reddimus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis in manu domni abbatis Guillelmi et omnibus successoribus eius in perpetuum, unam peciam terre quam iniuste requirebamus supradicto monasterio in comitatu Barch., in terminio castri Erapruni, in loco vocitato castrum Felix, iuxta ipsum podium versus mare. Que affrontat de omnibus partibus in alaudio predicti monasterii s. Cucufatis. Supradictam peciam terre cum omnibus suis terminis et affrontacionibus diffinimus et evacuamus atque reddimus ita ut nos supradicti nec aliquis homo vel femina per nos neque per vocem nostram nichil requiramus vel requirant in predictam peciam terre, sed semper omni tempore supradictum monasterium et monachi eiusdem loci semper faciant inde quicquid facere voluerint, sine ullo nostro retentu nostrorumque parentorum. Supradictam diffinicionem et evacuacionem facimus in manu iam dicti abbati Guillelmi et monachis eiusdem monasterii, in presencia amicorum nostrorum sive aliorum proborum hominum, scilicet Dalmacii et Guillelmi de Conilt et Berengarii de Villafrancha atque Bernardi de Viver. Accipimus nos autem a bonis s. Cucufatis L solidos denariorum. Si quis hanc deff. et evac. frangere... dicto mon... c mor. persolvat...

Quod est actum v.º idus nov., a.º XLI.º regnante Lodovico rege iuniori.

S + m Petri Geraldí; S + m Raimundi Geraldí; S + m Geraldí; S + m Ermesendis, nos omnes qui hanc diffinicionem firmamus et testes firmari rogamus; S + m Dalmacii de Conilt; S + m Guillelmi de Conilt; S + m Berengarii de Villafrancha; S + m Berengarii Avinioni; S + m Arnaldi de Viver; S + m Bernardi de Viver; S + m Petri de Calaph.

Guillelmus de Narbona, scriptor, qui hoc scripsit...

1114.

1178, febrero 29.

Bernardo de Papiol elige sepultura en el Monasterio, al cual otorga la mitad de un molino sito en el término de "Castelletto", el señorío de "Meschitelis" y la hacienda de Lordat.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 499; *Notes*, vi, 30 (n.º CMLX).
A. C. A., Cart., f. 105 v, n.º 359.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Papiolo, dono et offero Domino et cenobio s. Cucuphatis corpus meum et animam in vita et in morte; eligo ibi sepulturam meam ubicumque me mori contigerit, et non sit mihi licitum venire ad conversionem nisi in predicto monasterio, nec alibi eligere sepulturam.

Et dono predicto monasterio in hereditatem anime mee, meam medietatem totius ipsius molendini cum aqua et rego et capud rego et cum omnibus suis utensilibus, sicut melius habeo et habere debeo per vocem genitorum meorum infra terminum de Castelleto. Iterum dono predicto monasterio infra terminum ipsius castri de Albiniana quod est alodium s. Cucuphatis, totam illam meam dominicaturam de Meschitellis in loco vocato Alastre et omnia mea directa que habeo et habere debeo in manso de Lodard, cum omnibus eorum pertinentiis et tenedonibus cultis et heremis, et cum arboribus diversi generis, cum introitibus et exitibus eorum integriter, sicut melius habeo et habere debeo quibuscumque modis et vocibus per vocem genitorum meorum, et ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem eiusdem monasterii, de meo iure in ius et dominium suum trado in manu domni Guillelmi, abbatis, et eius conventus, ad quicquid ibi vel exinde facere voluerit abbas s. Cucuphatis et conventus ad proprium aloditum liberum et franchum eiusdem monasterii, sine vinculo... Et recipio hec omnia per manum eiusdem abbatis et conventus s. Cucuphatis ut habeam et possideam solummodo in vita mea per s. Cucuphatem et annuatim in kalendis augusti per censum de predicto molendino i quarteram frumenti donem predicto cenobio, et de predicto honore de Albiniana ii quarteras ordeï annuatim ad quartariam fori Granate. Et ad obitum meum supradicta omnia revertantur predicto monasterio cum omnibus melioramentis ibi a me factis et cum omnibus expletis que tunc ibi fuerint, et sine ullo retentu, et non sit mihi... Et hec omnia, ut superius dicta sunt, iuravi attendere et complere per Deum et super Sancta iiii. Evangelia coram altare s. Cucuphatis in presencia predicti abbatis Guilelmi, et eius conventus. Si quis hoc...

Actum est hoc ii.º kal. mar., a.º XLI.º regrii Ledoyci iunioris.

S + m Bernardi de Papiolo, qui hoc laudo et firmo fiarmarique rogo; S + m Arnalli de Cervaria; S. + m Bertrandi de Claromonte; S + m Arberti de Apierola; S + m Raimundi de Subirats; S + m Bernardi Macip; S. + m Bernardi Umberti.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit.,.

1115.

1178, abrii 25.

Guilia de Bañeres y su esposo definen a favor del Monasterio el castillo de Albiñana.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 495; *Notes*, vi, 30 (n.º CMLXI).
A. C. A., Cart, f. 100, n.º 341.

Omnibus hominibus sit manifestum quod ego Ghilia de Bagneres et vir meus Guilelmus de s. Martino, laude et consilio Bertrandi de Chastelleto, et Bernardi de Papiol, et Berengarii s. Ilarii, et aliorum proborum omnium, difinimus donamus atque in presenti reddimus Domino Deo et monasterio s. Cucufatis, et tibi, Guilelmo, abbati, et universo conventui eiusdem loci sive omnibus successoribus vestris, ipsum chastrum quod dicunt Albiniana quod nos iniuste tenebamus, cum omnibus suis terminis et afrontacionibus, sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem predicti monasterii sine ullo nostro...

Hunc supradictum donum facimus predicto cenobio propter remedium animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, et ut partem abeamus in omnibus oracionibus predicti mo[nas]terii et ibi chotidie chantetur missa pro nobis et pro omnibus fidelibus defunctis, et si ego Ghilia, voluero filium meum monachum facere vos eum recipiatis. Est autem predictum chastrum in comatu Barchinone, in extremis marchiis Penitensi. Si quis hoc...

Actum est hoc vii.º kal. maii, a.º XLI.º regni regis Leoici, iunioris.

S + m Ghilie de Bagnariis; S + m Guilelmi de s. Martino, qui hoc firmamus [1]; S + m Bertrandi de Chastelleto; S + m Bernardi de Papiol; S.+ m Berengarii de s. Ilario; S + m Raimundi de Turre; S.+ m Bernardi de Chastro Episcopal; S + m Raimundi de Verned; S.+ m Guillelmi de Provinciana; S + m Raimundi, presbiteri; S + m Raimundi de Bagnariis; S.+ m Gielmi de Palacio. S + m Petri, presbiteri, qui hoc scripsit...

1116.

1178, abril 26.

Bernardo de Papiol define a favor del abad Guillermo el castillo de Albiñana.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 495; *Notes*, vi, 31 (n.º CMLXII).
A. C. A., Cart., f. 100, n.º 342.

Omnibus sit manifestum quod ego Bernardus de Papiol, laude et consilio et voluntate Guilie de Bagnariis, et Guilelmi de s. Martino, et Bertrandi de Castroleto, et Berengarii de s. Illario, et aliorum proborum hominum, reddo et evacuo et difinio Domino Deo et s. Cucufati et tibi Guilelmo, abbati, et omnibus successoribus tuis in perpetuum ipsum castrum quod dicunt Albiniana cum omnibus suis terminis et afrontacionibus quem ego iniuste tenebam; hanc difinicionem facio propter remedium anime mee et omnium parentum meorum, et ut me recipiatis in vestris oracionibus tam in vita quam in morte, et non sit michi licitum dare in alio loco in vita vel in morte nisi in prefato monasterio, sicut iam iuravi ante altare s. Cucufatis et tibi me ipsum scripsi in presentia Guilelmi, abbatis, et omnium monachorum eiusdem loci. Et supradictam difinicionem facio bono animo... ut sit solidum et franchum alodiums. Cucufatis, et pro hac difinitione accipiq a vobis c aureos bonos aiadinos bene pensatos. Si quis hoc...

Actum est hoc vii.º kal maii, a.º XLI.º regni regi Leouci iunioris.

S + m Bernardi de Papiol, qui hoc laudo [x]; S.+ m Guilie de Bagnariis; S + m Guilelmi de s. Martino; S.+ m Bertrandi de Castroleto; S + m Berengarii de s. Ilario; S + m Raimundi de Turre; S.+ m Bernardi de Castro Episcopal; S.+ m Raimundi de Vernet; S + m Gielmi de Palacio; S + m Martini, presbiteri de Subirans; S + m Arnaldi de Costa; S.+ m Bernardi de Canals; S + m Raimundi de Bagnariis; S.+ m Petri, presbiteri de Sagas.

S + m Raimundi, presbiter, qui hoc scripsit sub die et anno quo supra.

1117.

1178,

mayo 1.

El abad Guillermo establece a Tición el dominio señorial de Castelldefels.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 32 (n.º CMLXIII).— PERAY, *San Cugat*, 123.
A. C. A., Cart., f. 280 v, n.º 869.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus, Dei gracia cenobii s. Cucuphatis abbas et conventus eiusdem mihi commissus, damus tibi Ticioni et uxori tue Alamandine et filiis vestris Berengario et Guillelmo et Raimundo et eorum progeniei atque posteritati ad fidelitatem et ad servicium s. Cucuphatis et nostrum, donum et dominicaturam nostram, que vocatur castrum Felix, cum omnibus suis terminis et pertinenciis, cum mansis terris et vineis et montibus et boschis, cum pascuis, lignis, aquis et stagnis et piscatis et cum venacionibus et trobes et cum omnibus nostris directis, sicut melius habemus et habere debemus ex donacione Barchinonensis comitis ab ipsa Rocha usque ad Garraff et a castro Erapruniani usque intus mare, sicut melius habemus et habere debemus qualicumque modo et in scriptura nostra continemur, excepta ecclesia s. Marie, cum suo molendino de Sentith et alodiis suis et mansis et omnibus que ad ius ipsius ecclesie pertinent. Tali quoque condicionem hanc donacionem vobis facimus et ut in perpetuum habeatis et possideatis et expletetis ad nostram fidelitatem et ad nostrum servicium et annuatim in kalendis augusti per censum prefati honoris tribuatis et afferatis nostro cenobio cum vestris bestiis, centum pesas tritici recipientis ad pensum nostri pristinii, sicut modo ibi ponderatur, et annuatim in festo s. Cucuphatis v schatos, et si forte per impedimentum maris tunc ipsos schatos non habueritis dabit is nobis infra xv dies subsequentes. Et etiam retinemus in prefato honore terciam partem omnium placitorum et medietatem defuncionum et duas albergas annuatim abbati et tribus monachis cum eorum servientibus, quando accipere voluerimus, et quocienscumque prepositus noster ibi venerit petere et habere ipsum censum procuretis eum cum vestris expensis et semper cum ipso frumento quidam monachus noster aut nuncius veniat cum nobis sciri feceritis usque cenobium nostrum. Et si forte contigerit alios monachos nostros inde transire, in hospicio recipiatis cum vestris expensis. Dabit is quoque nobis potestatem de predicto kastro irati et paccati per quantas vices vobis quesiverimus per nos aut per nostrum nuncium. Atque ibi alium... Et quod tu Ticio aut unus ex filiis tuis sis aut sit ibi uoster habitans et iuret nobis fidelitatem et donet nobis predictum censum et potestatem nostram et omnia nostra directa annuatim. Alii vero filii tui habeant ibi sua directa et iurent nobis fidelitatem, et stent ibi si stare voluerint, et sic procedat hoc totum et fidelitas semper per cunctam posteritatem vestram. Nullus vero vestrum ibi habitans ducat in uxorem filiam militis sine nostro consensu. Qua propter nos supradicti Ticio et uxor mea et iiii nostri propter hoc donum quod tu supradictus abbas et monachi superius nobis facitis reddimus diffinimus et evacuamus predicto cenobio et vobis et successoribus vestris omnem illum honorem ubicumque habemus et tenemus et aliquo modo habere debemus per s. Cucufatem et per vos a flumine Lupricati usque ad ipsam rocham scilicet pariliatam de Gavano que iungitur pariliate Petri monetarii et uxoris eius et illam aliam pariliatam simul cum illa

empcione quam fecimus a Petro de Villafrancha, et illam tenedonem quam frater meus Petrus Berengarii ibi tenet, et aliam pariliatam que est ad ipsam Abadal, et illam vineam cum terra in qua est fundata que est super ipsam Abadalem cum olivariis et quartam partem tocuis mansi de Almafara, et ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem eiusdem cenobii de nostro iure in vestrum tradimus dominio et potestatem sine ullo nostro nostrorumque retentum. Et quod nos prenominati Ticio et uxor mea et filii nostri sive posteritas nostra, non possimus vendere nec inpignorare sive alienare prefatum honorem quem superius nobis donatis, alicui persone aliene hominis vel femine nisi infra xxx dies ex quo in cenobio s. Cucuphatis et in abbate eiusdem loci et in monachis inde fatigati fuerimus, deinde sit nobis licitum nostro consimili, salva conveniencia nostra prescripta. Ego vero predictus abbas et conventus s. Cucuphatis simus vobis adiutores et deffensores de predicto honore contra cunctos homines vel feminas. Si quis hoc...

Actum est hoc xvi.º kal. iunii, a.º Domini millesimo CLXXVIII.º annoque XLI.º regni Ledoyci iunioris.

S+m Ticionis, ss.; S+m Alamandine, uxoris eius; S+m Berengarii Ticionis, filii eius; S+m Guillelmi Ticionis; S+m Raimundi Ticionis, filiorum eorum, qui hoc laudamus et firmamus; S+m Marchisie; S+m Arnallete, sororum eorum; S+m Raijnundi Ganagaudi; S+m Guillelmi Ubaldi; S+m Petri Poncii; S+m Burgetus; S+m Guillelmi Aimerici; S+m Bernardi Poncii; S+m Bernardi primicheri; S+m Bernardi Marcucii; S+m Petri de Rivopullo.

S+m Petri de Corron, qui hoc scripsit cum lit. emendatis ini...

1118.

1178, junio 7.

Bernardo, clérigo y su hermana dan a San Cugai un alodio sito en Pineda.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 145. — MAS, *Notes*, vi, 33 (n.º cmlxiv).
A. C. A., Cart., f. 332, n.º 982.

Notum sit cunctis presentibus et futuris quem ego Bernardus, clericus s. Celedoni, sororque mea Pagesa et filius eius Bernardus, nos in simul, per remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus atque offerimus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis martiris suisque successoribus nostrum alodium quod habemus in comitatu Gerundensi, in parrochia beate Marie de Pineto, in loco qui Lac de Marcal nuncupatur. Affrontat autem: ab oriente in alodio de Canuis et suis heredibus, a meridie in littore maris, ab occiduo in alodio de Campo Longo, a parte vero circii in campo qui vocatur Revel censalis regis et vicecomitis. Sicut his supradictis afrontadonibus includitur, ita, bono corde et animo, damus Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et successoribus eiusdem loci ad franchum et liberum alodium, cum fexa una terre quam ibi habemus quam dividimus cum Guillelmo Campi Longi, que nobis adveniunt per vocem matris nostre seu genitorum nostrorum. Tali namque modo, ut nos habeamus predictum alodium omnibus diebus vite nostre. Post obitum vero nostrum remaneat illud prelibato cenobio s. Cucuphatis cum omni

melioratione quam in eodem loco facere possimus. Dabimus autem cenobio s. Cucuphatis, in uno quoque anno, ad festum s. Cucuphatis xii denar. per censum istius alauidi. Si quis hoc... et ira Dei super eum descendat...

Actum est hoc vii.º ydus iunii, a.º XLI.º regni regis Ledovici iunioris.

S + m Bernardi, presbiteri; S + m Pageze; S + m Dede; S + m GERALDI de Cellaris; S + m Raymundi Adobador.

S + m Bernardi, levite, qui hoc donum...

1119.

1178, noviembre 16.

Ramón de Vid, su niadre y hermanos ofrecen al Monasterio a su hermano Guillermo junto con las posesiones que le legó su padre.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 33-4 (n.º cmlxv).

A. C. A., Cart., f. 154, n.º 501.

In Christi nomine. Ego Raimundus de Vite, una cum matre mea nomine Sancia, et fratribus, offerimus ac tradimus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis in manu domini Guillelmi abbatis, Berengarium fratrem nostrum ad monachum faciendum, et concedo predicto cenobio omnem honorem quem pater meus dimisit iam dicto Berengario, fratri meo, in suo testamento. Est autem predictus honor in comitatu Barchinone, in terminio castri de Vite, separatim in duobus locis; in uno loco unum mansum de Canta Corbs, cum terminis et affrontacionibus suis, simul cum ipso decimo et medietatem de Locet. Affrontat autem: de oriente, et de meridie, et de circio in ipsis duabus viis que vadunt ad collum de Garganta, de occiduo in alodio s. Cucuphatis; et in alio loco terras et vineas, que affrontant: de oriente in ipsa serra, de meridie in alodio de nobis donatoribus, de circio in alodio s. Petri de Archels, de occidente in torrente qui discurrit. Si quis hoc...

Actum est hoc xv.º kal. dec., a.º XLII.º regnante Leovico rege iuniore.

S + m Raimundi de Vite; S + m Santie mater eis; S + m Bernardi de Vite; S + m Bertrandi de Vite; S + m Petri de Vite; S + m Berengarii de Vite; S + m Arnalli;; S + m Guillelmi de Vite; S + m Guillelmi de Granata; S + m Arnalli de Castlucz.

S + m Guillelmus, sacer, qui hoc scripsit.

1120.

1179, enero 8.

Ticio, hijo de Guilia, presta homenaje al abad por razón del castillo de Fels.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 34 (n.º CMLXVI).

A. C. A., Cart., [281, n.º 870.

Iuro ego Ticio, qui fui filius Guilie, femine, vobis dompno Guillelmo, abbati et conventui cenobii s. Cucuphatis, esse fidelis et iratus aut paccatus dare potestatem de domo que vocatur kastrum Felix per quantas vices michi de-

mandaveritis per vos aut per vestrum nuncium, per Deum et hec sancta **iiii.**^o evangelia.

Actum est hoc vi.^o idus ianuaris, a' XLII.^o regni Ledoici iunioris.

S + m Ticionis, ss.; S + m Bernardi Marcucii; S + m Arnalli Petri Benedicti; S + m Petri Bruni; S + m Arnalli Frenarii; S + m Bernardi Umberti.

S + m Petri de Corron, scriptors, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1121.

II/9, abril 9.

Aaledis, con el consentimiento de su esposo entrega al Monastcrio unas tierras sitas en Palou.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 34 (n.^o CMLXVII).

A. C. A., Cart., f. 347, n.^o 1019.

Sit notum cunctis quod ego domina Aaledis, cum consilio et voluntate viro meo Guillelmo de Orta, dono Domino Deo et cenobio s. Cucufati, pro remedium animas viro meo Bernardo et filio meo Berengario, peciam i vinee cum terra ubi est fundata, quam habemus in chomitatu Barchinone, in parroechia s. Iuliani de Palaciolo, ipsam quam tenet Burdi de Petrafixa per nos. Terminatur autem: ab oriente in alodio de Orta, et de meridie similiter et ab occasu et a circi in alodio Raimundi de Palaciolo. Quantum predictas affrontaciones includunt, sic dono namque Domino Deo et s. Cucuphati, sine ullo retentu, pro remedium predicte animarum et pro hereditate iam dicto Berengario, filio meo, per alodium franchum et liberum de meo iure in potestate et in dominio s. Cucufati et suis habitatoribus, trado tali conventu, ut iam dicto Burdi teneat suprascripta vinea per s. Cucufati et pro suis habitatoribus, sicut modo tenet per nos. Si quis hoc... in duplo componat et insuper fiat sub excomunicacione s. ecclesie.

Quod est actum v.^o idus apr., a.^o XLII.^o regni regis Lodoyci iunioris.

S+m Aaladis, qui hoc donum feci et firmo et firmari rogo; S+m Guillelmi de Orta; S + m Arsendis; S + m Raimundi Galifo; S + m Raimundi de Montetornes.

Iohannes, presbiter, qui hoc scripsit cum suprascripto in **iii.**^o regulo...

1122.

[1179],

junio 9.

Alejandro III confirma una transacción habida entre los abades de San Lorenzo del Monte y el de San Cugat, sobre la dependencia del primero respecto al segundo.

EDIT.: Moxó, *Memorias*, ap. xiv, pags. 98-100. — PERAY, *Monografía*, ap. xiii; *San Cugat*, ap. xiv. — KEHR, *Papsurkunden*, i, ap. 188.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 218; *Notes*, vi, 204-6 (n.^o MCCLIII).

A. C. A., Cart., f. u, n.^o 16.

Alexander. episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Guillermo, abbati et monachis s. Cucufatis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter vos

et dilectos filios nostros abbatem et monachos s. Laurentii super prelatione et subiectione quam vobis in ipso monasterio vendicatis, et super annuo censu trium aureorum questio diutius sit agitata, abbate s. Laurentii subieccionem, et censum negante, et monasterium suum ab ipsa fundatione liberum asserente, nec ulla nisi Barchinonensi episcopo subiectione aiente teneri, sepe pluribus et diversis commisimus personis eandem causam fine congruo terminandam. Cumque ab Elenensi episcopo et abbate Arulenensi, quibus a nobis commissa fuerat, amicabilem fuisset transactione sopita, nos in ea quedam postmodum deprehendentes contra beati Benedicti regulam et sanctorum Patrum institutiones haberi, eam correximus et ad formam reduximus competentem. Verum cum de correccionem ipsa gravis inter vos et illos questio emersisset, tempore concilii ad nostram presenciam accessistis. Nos autem pluribus occupati, dilectis filiis nostris Iohanni, tituli sanctorum Iohannis et Pauli, presbitero, et Iohanni sancte Marie in Cosmidin, diacono, cardinalibus, eandem controversiam commisimus audiendam et cognoscendam, qui, omni diligentia adhibita, rationes et allegationes hinc inde productas diligencius audientes, nobis postea fideliter retulerunt. Nos itaque, consilio habito, querentes inter vos et illos pacem et concordiam reformare et tocius dissensionis et scandali materiam de medio tollere, transactionem ipsam a nobis iam pridem correctam, interpretatione apposita, sicut ab eisdem fuit cardinalibus recitata, auctoritate apostolica aduximus confirmandam. Que siquidem talis habetur:

Statuimus ut, defuncto abbate s. Laurentii, eius abbati s. Cucuphatis obitus nunciatur, et ab eo de alio substituendo licentia requisita et habita, nisi forte vellet maliciose negare, monachi s. Laurentii in capitulo suo convenientes, electionem suam sine contradictione aliqua celebrent, et electum suum abbati s. Cucuphatis postmodum representent, qui postquam fuerit ab eo confirmatus, et ab episcopo benedictus, eidem abbati obedientiam secundum regulam beati Benedicti de ordinis correccionem promittat, et censum duorum bisanciorum, quemadmodum in prima transactione continetur, annuatim in s. Martini festivitate persolvat. Ceterum si abbas s. Cucufatis s. Laurentii capitulum vel chorum intraverit, in loco, si voluerit, sedeat abbat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et constintucionis infringere, vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc...

Dat. Lateran. v id. iunii.

1123.

1179, julio 14.

Pedro Gros y sus hermanos definen al Monasterio el manso Lledó.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 35 (n.º CMLXVIII).

A. C. A., Cart., f. 342, n.º 1000.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Gross et fratres mei, libenti animo et bona voluntate, diffinimus et evacuamus et pacificamus Deo et cenobio s. Cucuphatis et vobis Guillelmo, abbati et monachis suis presentibus et futuris, illum manssum et totum illum honorem domos terras et vineas, cultas et heremas et arbores diversi generis, cum terminis et affrontacionibus et cum introitibus

et exitibus suis, integriter, sicut melius Raimundus Bernardi de Fexis et uxor sua Arssendis dederunt predicto cenobio et vobis in comitatu Barchinone, in parroechia s. Felicis de Canovellis, per omnia loca et ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem eiusdem cenobii, de nostro iure in vestro tradimus dominium et potestatem, ad vestrum proprium... Accipimus namque a vobis pro hac diffinitione et evacuacione xxviii moabetinos bonos aiadinos in auro, sine engan, et de isto avere nichil apud vos remansit in debito. Si quis hoc...

Actum est hoc ii.º idus iulii, a.º XLII.º regni Ledoyci iunioris.

S + m Petri Gross; S + m Bernardi de Blancaforti; S + m Berengarii de Blancaforti; S + m Raimundi de Blancaforti, fratrum eius qui hoc laudamus [1] ; S + m Guilaberti de Sentiliis; S + m Guillelmi de Avinione; S + m Guillelmi de Villagranata; S + m Petri de Casulis.

S + m Petri de Corron, scriptoris, qui hoc scripsit...

1124.

1179,

julio 28.

Concordia establecida entre Pedro de Gelida, de una parte, y Belot y sus hijos, de otra, acerca de un honor que dicho Belot poseía por la limosna de San Cugat.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 329; *Notes*, vi, 35-6 (n.º CMLXIX).
A. C. A.; Cart., f. 51, n.º 180.

Sit notum cunctis qualiter contencio fuit inter Petrum de Gelida helemosinarium s. Cucuphatis et Belot et filios suos de illo honore quem Belot tenet per helemosinam. Unde modo veniunt ad finem et concordiam coram dompno Guillelmo, abbate, et Guillelmo de Frexe, et Guillelmo de Pace, et Geraldo de Tuguriis, monachis, et aliis probis hominibus. Qui omnes concedunt et laudant ut helemosinarius habeat licitum edificandi domum pauperibus in illo ortallo quem Belot tenet per helemosinam, et abscidat de ipsis ficulneis que sunt noxie domui, et faciat ibi hostium exeundi ad bassam ad ea que sibi necessaria fuerint, et claudat ex sua parte hostii predictum ortallum, sicut est ibi denostratum, ita ut ipsi et suis nullum damnum eveniat Belotus vero et sui omni tempore habeant predictum ortallum cum illo solio sui solarii et domorum que sunt in iam dicto ortallo sicut terminatur ab oriente et a circio in illo ferragenale monasterii, et meridie in predicta domo pauperum, ab occiduo in iam dicta bassa et in sua sorte quam tenet per prepositum, et donet inde tascham fideliter et decimum helemosinario, et de fructu omnium olivarium que ibi sunt vel fuerint medietatem, et de illis olivariis helemosine que sunt extra parietem de illa sorte de Villanova quam Belotus tenet, similiter donet medietatem. Et si necesse ei fuerit ex aqua iam dicte basse, habeat introitum et exitum per suum iam dictum ortallum. Et similiter habeant licitum ponendi illam parietem sui, cellarii, sicut est ibi demonstratum, ipse et suis post se si ceciderit. Si quis hoc...

Quod est actum v.º kal. augusti, a.º XLII.º regni regis Lodovici iunioris.

S + in Belot; S + m Raimunde, uxoris eius; S + m Berengarii Belot; S+m Iohannis Belot; S.+ m Bernardi Jozfredi; S + m Berengarii Capud de Doi; S+m Petri Bartolomei.

S + m Petri, sacerdotis, cji hoc escripsit...

1125.

1179,

septiembre 4.

Ramón de Torre con sus hijos dan al Monasterio un alodio sito en San Boy de Llobregat.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 36-7 (n.º CMLXX).

A.C.A., Cart, f. 256, n.º 787.

Omnibus hominibus sit manifestum quod ego Raimundus de Turre, una cum filiis meis Berengario atque Guillelmo, donatores summus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et tibi Guillelmi, abbati eiusdem loci, alodium nostrum proprium, franchum et liberum, quod habemus in comitatu Barch., infra parroechiam s. Baudilii, in diversis locis. Scilicet unum mansum quem habuit et tenuit Bonifilius Raimundi olim defunctus laboracione in ipso prato. Qui affrontat: a parte orientis in alodio Berengarii de Albareda et Egidii et Berengarii de Bolet, a meridie in alodio Guillelrai et Ugonis de Montetornes, quod tenet Arnaldus de Pariliata, ab occiduo in via que vadit ad pratum, a circi similiter in alodio supradicti Guillelmi et Ugonis quod tenet Petrus Calvet et in alodio de Bocalora, quod tenet Petrus Bonifilii. Item donamus predicto monasterio casas destructas infra villam s. Baudilii. Que affrontat: ab orientis et meridie et ab occiduo et circi, in alodio predicti Guillelmi et Ugonis de Montetornes; et in alio loco unam vineam cum terra in qua est fundata et cum arboribus que infra sunt. Affrontat autem: ab orientis in alodio s. Crucis sancteque Eulalie, a meridie in alodio s. Baudilii et ab occiduo in alodio Berengarii de Solario, a circi in alodio Bertrandi de Lauro. Predictum mansum cum suis terminis et affrontacionibus, sicut superius scriptum est, exceptus duas peciolas terre quarum una est s. Crucis sancteque Eulalie, alia vero de Bunucergs et decimam predicti mansi. Totum vero alium supradicto cenobio damus cum suprascriptis domibus et vineam ac cum illarum terminis et affrontacionibus et cum introitibus et exitibus suis, ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem et salvamentum predicti monasterii, sine ullo nostro nostrorumque omnium successorum retentu, ut faciat inde quicquid placuerit. Tali pacto facimus predictum donum prefato monasterio, ut filium meum. Geraldum ac fratrem nostrum in vestro monasterio pro monacho recipiatis cum suprascriptis omnibus que suprascripto monasterio donamus pro sua hereditate et remedio animarum nostrarum. In super ego Raimundus ac filii mei Berengarius atque Guillelmus, donamus atque offerimus nos metipsos predicto monasterio in manu et in potestate iam dicti Guillelmi, abbatis. Ita quod non sit nobis licitum donare in alio loco in morte nec in vita nisi in prefato monasterio. Ac convenimus vobis per bonam fidem, sine engan, nos et omnis: proienies... ut simus garentes et defensores contra cunctos... de predictis... Si quis hoc...

Actum est hoc ii.º nonas sept, a.º XLIII.º regni Leodici iunioris.

S + m Raimundi de Turre; S.+ m Berengarii; S + m Guillelmi; S + m Bernardi; S + m Poncii, eius filiorum, qui hoc iaudamiis et firmamus testesque firmare rogamus; S + m Geraldii, qui me ipsum dono et offero monasterio s. Cucuphatis in manu domni Guillelmi, abbatis, et hec omnia in meo sensu et in plena etate laudo et iirmo sicut superius scriptum est; S + m Raimundi de Montornes; S + m Guillelmi de Montornes; S + m Ugonis de Montornes; S + m Poncii de Foniliario; S + m Bernardi de Serriano; S + m Berengarii de Albareda; S + m Bernardi de Arluvino; S + m Petri de Blancafort; S + m Guillelmi de Vilar; S + m Berengarii de Garino; S + m Guillelmi de Marina; S + m Raimundi Malparenc; S.+ m Raimundi Arrufat; S + m Arnaldi de Vilar.
S + m Bernardi, presbiteri, qui hoc scripsit...

1126.

1179,

noviembre 26.

Bernardo de Riera ofrece al Monasterio a su hijo Ramón, y como dote le da el alodio que tenía Ramón Geriberto en San Pedro de Reixach, en Vall Carchara, y e/ honor de Tresdos.

REGESTA: BALA.RI. *Origines*, 232.—MAS, *Taula*, iii, 409; *Notcs*, vi, 37 (n.º CMLXXI).
A. C. A., Cart., f. 68, n.º 264.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Riera, dono atque offero simulque trado Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis in manu domni Guillelmi, abbatis, et eius monachorum, Raimundum, filium meum, ad monachum faciendum, cum ipso meo manso qui est alaudium meum proprium, quem tenet Raimundus Girberti, qui est in comitatu Barchinone et in parroechia s. Petri de Rexach, et in terminio de Bellovicino, loco vocitato Valle Carchara. Terminatur autem a parte orientis et a meridie ab occiduo in alaudio s. Cucuphatis, de circi in alaudio s. Petri de Rexach. Item dono similiter totum ipsum meum honorem de Tresdos qui est alaudium, et affrontat ab oriente in ipsa serra de Venteiag, de meridie in ipsa serra de Valle Vinciana, de occiduo in ipso Pug de Cida, de circi in collo de Tresdos. Quantum his affrontacionibus includitur, sic dono predicto monasterio et eius servientibus sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem et salvamentum vestrum vestrorumque successorum per hereditatem predicti filii mei Raimundi. Est autem predictus honor de Tresdos in terminio et in parroechia s. Petri de Rexac, et est manifestum. Si quis hoc...

Quod est actum vii.º kal. dec., a.º xliii.º regnante Ledoico, rege iuniore.

S + m Bernardi de Rieva, qui hoc [VII]; Guillelmi, filii eius; S + m Adaledis, filie; S + m Marchese, uxoris eius; S + m Raimundi Girberti; S.+ m Raimundi, consobrini; S + m Bernardi Umberti.

ARNALLUS, monachus et sacer, qui hoc scripsit ss. die et anno quo supra.